



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Epitome In Qvator Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

Liber quartus 49. distinctionibus contemplatur Deum, sub signis & sacrame[n]tis, meritum Christi incarnati & passi distribuentem, ac demu[n] iis adiutos efficaciter beatificantem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

EPITOME IN QVARTVM  
 Librum Sentent. M. Petri Lombardi.

DE SIGNIS ET SA-  
 cramentis.

DISTINCT. Primæ  
 CAP. Primum.

*Signa & sacramenta differunt.*

Luc. 10. **S**amaritanus Vulnerato appropians, cu-  
 rationi eius sacramentorum alligamen-  
 ta adhibuit, quia cōtra originalis pecca-  
 ti & actualis vulnera sacramentorū reme-  
 dia Deus instituit. De quibus quatuor pri-  
 mō consideranda occurrūt, Quid sit sacra-  
 mētum, quare institutum, in quibus consistat  
 & conficiatur, & quæ sit distantia inter sa-  
 cramenta veteris ac nouæ legis.

aug. li. 10. de ciuit. ca. 55. de doc. Chri. li. 2. c. 1. **S**ignum est res præter speciem quam in-  
 gerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in  
 cogitationem venire. Signorum verò a-  
 lia sunt naturalia, vt fumus, significans  
 ignem: alia data. Et eorum quæ data sunt,  
 quædam sunt sacramenta, quædam non.  
 Omne enim sacramentum est signum, sed  
 non econuerso. Sacramentum eius rei si-  
 militudinem gerit, cuius est signum. Si enim  
 sacramenta non haberent similitudinem re-  
 rum, quarum sacramenta sunt, propriè sa-  
 cramenta non dicerentur.

*Diuisio &  
 ordo huius  
 quarti lib.*

*signū quid.*

*Multiplex  
 est signum*

*Omne sa-  
 cramentū  
 est signū.*

1. /  
27. b

Sacramentum enim proprie dicitur, quod ita signum est gratiæ Dei & inuisibilis gratiæ forma, ut ipsius imaginem gerat, & causa existat. Non ergo significandi gratia tantum sacramenta instituta sunt, sed etiam sanctificandi. Quæ enim significandi gratia tantum instituta sunt, solum signa sunt, & non sacramenta: sicut fuerunt sacrificia carnalia, & obseruantiaæ caeremoniales vet. legis. quæ nunquam poterant iustos facere offerentes, *leu. 16* ut ait Apoll. Si sanguis hircorū aut taurorū, *He. 9.* &c. Nam illa Deus imposuit in seruitutē & nō in iustificationem (ut dicit August.) & ut in q. su figura futuri essent, volens sibi ipsi potius ea per nu offerri, quàm idolis. Illa ergo signa erant: sed *meros.* tamen & sacramenta, licet minus proprie in *ca. 33.* scripturis sæpe vocantur, quia signa erant *Ro. 3.* rei sacræ, quam utique non præstabant. Illa *4.* autem Apostolus opera legis dicit, quæ tantum significandi gratia, vel in onus instituta erant.

2.

C A P. Secundum. Triplici de causa sacramenta sunt instituta.

1

**P**rimò propter humiliationem, ut dum homo insensibilibus rebus (quæ natura infra ipsum sunt) ex præcepto creatoris se, reuerendo, subiicit, ex hac humilitate & obedientia eo magis placeat, & apud Deum mereatur, cuius imperio salutem quærit in

inferioribus se, etiam non ab illis, sed per illa à Deo. Secundò propter eruditionem etiam instituta sunt, vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem virtutē (quæ intus est) cognoscendam mens erudiat. Homo enim qui ante peccatum sine aliquo medio Deum videbat, per peccatum à Deo habuit, vt nequaquam diuina queat capere, nisi humanis excitatus. Tertio propter exercitationem, quia cum homo otiosus esse non possit, proponitur ei utilis & salubris exercitatio in sacramentis, qua vanam & noxiam declinet occupationem. Non enim facile capitur à tentatore, qui bono vacat exercitio. Duo autem sunt, in quibus sacramentum consistit, scilicet verba & res. Verba, vt inuocatio Trinitatis: Res, vt aqua, oleum, & huiusmodi.

Sacramentum in duobus consistit.

CAP. Tertium. Differunt sacramenta veteris & nouæ legis. 203 a.

Am videre restat differentiam sacramentorum veterum & nouorum: vt sacramenta vocemus, quæ antiquitus res sacras signabāt, vt sacrificia, oblationes, & huiusmodi. Horum autem differentiam breuiter Aug. assignat dicens, quia illa promittebant tantum & significabāt, hæc autem dant salutē.

CAP. Quartum. Circumcisio conferebat gratiam.

*Circūcisio*

**F**Vit tamen inter illa sacramēta sacramē-  
tum quoddam, scilicet circūcisionis, idem  
conferens remedium contra peccatum,  
quod nūc baptismus præstat. Vnde Aug. Ex  
quo instituta est circūcisio in populo Dei,  
quæ erat tunc signaculum iusticiæ Dei, ad  
purgationē valebat magnis & parvulis ori-  
ginalis veteris que peccati. Sicut baptism⁹ ex  
illo valere cœpit ad innouationem hominis,  
ex quo institutus est. Idem Beda.

*f. 277 b. l. 1.  
Circūcisio*

C A P. Quintum. Hominibus ante legem  
& in lege aliud fuit & aliud re-  
medium contra originale  
peccatum.

**G**Reg. Quod apud nos valet aqua bap-  
tismi, hoc egit apud veteres vel pro  
parvulis solâ fides, vel pro maioribus  
virtus sacrificij, vel pro iis qui ex Abrahæ  
stirpe prodierūt, mysterium circūcisionis.

C A P. 6. Conuenienter circūcisio fuit instituta  
quo ad personam, populum, mā-  
teriam, & tempus.

*203. a.  
249.*

**D**ata fuit circūcisio pluribus de causis,  
scilicet vt per obedientiam mandati Abra-  
hæ Deo placeret, cui per preuaricatio-  
nem Adam displicuerat. Data etiâ fuit in si-  
gnū magnæ fidei Abrahæ, qui credidit se ha-  
biturum filium, in quo fieret omniū benedi-  
ctio: deinde vt hoc signo à cæteris nationi-

bus discerneretur populus ille. In carne verò *cur totum*  
 præputij iussa est fieri circumcisio, quæ in re-  
 mediū instituta est originalis peccati, quod  
 à parentibus trahimus per concupiscentiam  
 carnis, quæ in parte illa magis dominatur: &  
 quia in parte illa culpā inobediētiæ primus  
 homo sensit, decuit vt ibi signum obedientiæ  
 acciperet. *4.* Fiebat autem octauo die, petrino  
 cultro, quia in resurrectione cōmuni & octa-  
 ua ætate futura, per petram Christum, omnis  
 ab electis abscindetur corruptio: & p̄ Christi  
 resurrectionem octaua die factam circunci-  
 ditur à peccatis anima cuiusque in eum cre-  
 dentis. Duæ ergo sunt res illius sacramenti.

C A P. Septimum. *Conuenienter mutata  
 est circumcisio in baptismum.*

**Q**uia sacramentum baptismi cōmunius  
 est & perfectius, quia pleniori gratia  
 accumulatum, & in eo gratia ad-  
 iutrix confertur, & virtutes augentur. Nam *vt Calusario*  
 quantūcunque per fidem & charitatem ante *R. 19 d. b.*  
 habitam aliquis iustus ad baptismū accedit,  
 vberiorē ibi recipit gratiā: sed non ita in cir-  
 cuncisione. Vnde Abrahæ per fidem iam iu-  
 stificato signaculum tantū fuit, nihil ei in-  
 tus conferens.

C A P. 8. *Paruulis ante octauum diem  
 decedentibus fortè erat remedium  
 salutis institutum.*

Ex. 4. Sct.  
vide inter  
art. in ma.  
gi. art. 4.

**B**eda: Qui nunc per Euangelium suum  
terribiliter & salubriter clamat, Nisi *In Li.*  
quis renatus, &c. ipse dudum clamabat *cap. 2.*  
per suam legem, Masculus cuius preputij ca- *Ioh. 3.*  
ro circumcisa non fuerit, &c. forte tamē sub  
lege, ingruēte necessitate mortis, ante octa-  
uum diem circumcidebant sine peccato fi-  
lios, sicut nunc fit in Ecclesia de baptismo.

DE SACRAMENTIS  
nouæ legis.

DISTINCT. Secundæ  
CAP. Primum.

203. a. *Sacramenta nouæ legis numero septem,  
non decuit post hominis lap-  
sum mox institui.*

**I**am ad sacramenta nouæ legis acceda-  
mus, quæ sunt, Baptismus, Confirmatio,  
Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, *Aug. li.*  
Ordo, Coniugium. Quæ dicimus ante ad- *I. par.*  
uentum Christi, qui gratiam attulit, gratiæ *2. c. 8.*  
sacramenta danda fuisse, quæ ex ipsius mor-  
te & passione virtutem sortita sunt. Christus  
autem venire noluit antè quàm homo de le-  
ge naturali & scripta conuinceretur, quòd  
neutra iuuari posset.

190. a  
*Sacramentum*  
CAP. Secundum. *Baptismus Christi*  
*longè præstantior fuit baptis-  
mo Iohannis.*

**N**Vnc verò de baptisimi sacramento videamus, quod inter nouæ gratiæ sacramenta primum est. Baptismum igitur Christi Iohannes suo baptismo prænu-  
 ciauit, qui primus legitur baptisasse, sed in aqua, non in Spiritu: sicut ipse ait, Ego baptiso vos in aqua in pœnitentiam. Sola enim corpora abluebat, à peccatis verò non munda-  
 dabat. Baptismus Iohannis erat in pœnitentiam, quia ad pœnitentiã vocabat: baptismus  
 verò Christi in remissionem. Ad hoc ergo  
*act. 19* utilis erat Iohannis baptismus, quia homines  
*Ioh. 1.* vsu baptisandi præparabat ad baptismum Christi  
*mat. 3* *mat. 21* *sti.* Ob idq; dictus baptismus Iohannis, quia ibi  
 Iohannis operatio tantum visibilis erat, exte-  
 rius lauantis, non interius gratiam operantis. *Cur Iohā-*  
 Ideoque & hominis baptismus dictus est, *nis baptis-*  
 quia nihil ibi gerebatur quod non ageret *mus dictus*  
 homo. Neque sacramentum dici potest, nisi eo *est hominis*  
 sensu quo legalia signa dicuntur sacramenta.

CAP. 3. *Qui baptisati fuerant baptis-*  
*mo Iohannis, opus habebant*  
*Christi baptismo.*

*cap. 2.* **H**ieron. sup. Ioel, Qui dicit se in Chri-  
 stum credere, & non credit in Spiritum  
 sanctum, nodum habet claros oculos.  
 Vnde baptisati à Iohanne in nomine ventu- *Vide ex*  
 ri. quia dixerunt, Sed neque si Spiritus sanctus *art. in ma-*  
 est audiuius: iterum baptisabantur, imò verum *gi. art. 6.*

FF



baptisma accipiebant. Illi verò qui spem nõ  
 posuerunt in baptismo Iohãnis, & Patrem, &  
 Fil. & Spir. san. credebant, non pòst baptisati  
 fuerunt. sed impositione manuum ab Apo<sup>act. 19</sup>  
 stolis super eos facta, Spiritum san. receperunt.  
 Alij verò qui non ita credebant, baptisati  
 sunt baptismo Christi. Idem dicit Amb.  
 lib. i. de Spir. san. Isti ergo qui nec in Christi  
 nomine, neque cum fide Spiritus san. baptisati  
 fuerant, non potuerunt accipere baptisati  
 sacramentum. Baptisati sunt ergo in nomine  
 Christi: nec iteratum est in eis baptisma, sed  
 innouatum.

DE BAPTISMO CHRISTI  
 DISTINCT 3. CAP. Primum.

*Substantialia baptismi sunt aqua & verbũ.*

**P**ost hæc videndũ est quid sit baptismus,  
 & quæ sit forma, & quando institutus,  
 & causa institutionis. Baptismus dicitur  
 intinctio i. ablutio corporis exterior, facta  
 sub forma verbo. ù præscripta. Si enim fiat  
 ablutio sine verbo, non est ibi sacramentum:  
 sed accedente verbo ad ele. fit sacramentum.  
 Non vtique ipsum elementum fit sacramen-  
 tum, sed ablutio facta in elemento. Vnde Au<sup>in Ioh.</sup>  
 gust. Verbo baptisma consecratur: detrahe<sup>tract.</sup>  
 verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit<sup>80.</sup>  
 verbum ad elementum, & fit sacramentum.  
 Vnde hæc tanta virtus aquæ, vt corpus tan-

*Baptismus i. l. i.*

gat, & cor abluat, nisi faciēte verbo, nō quia dicitur, sed quia creditur? Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, & aliud virtus intus manens. Cetera verò sunt ad decorem & honestatem.

C A P. Secundum. *A Christo est  
præscripta forma baptismi.*

**I**llud autem verbum, quo accedente ad elementum fit sacramentum, est quod Veritas docet: quæ huius sacramenti formam tradens, ait discipulis: Ite, docete omnes gentes, baptisantes eos in nomine Patr. & Fil. & Spir. san. Inuocatio igitur Trinitatis verbum dicitur, quo baptismus consecratur. & hæc est forma verborum, sub qua traditur baptismus, citra quam nullus est perfectus Christianus, vt dicit Zachar. pap. ad de cōf. Bonifac. episc. Quòd verò legitur in Act. d. 4. c. Aposto. Apostolos baptisasse in nomine in sino. Christi: illo nomine tota intelligitur Trinit. Act. 8 vt dicit Amb. Intelligitur enim cum Christū cō 10. dicimus, & Pater à quo vnctus est, & ipse qui lib. de vnctus est, & Spiritus sanctus per quem vnctus est. Vnum enim idemque est baptisari in Spi. s. nomine san. Trinit. vel in nomine Christi, cap. 3. vt exponit Ambro.

C A P. 3. *Trium personarum inuocatio  
in baptismo necessaria est.*

FF ij

**T**Ametsi Ambr. dicat quòd si fide myste-  
rium Trinitatis teneatur, & vna tantum  
persona nominetur, plenum sit sacra-  
mentum. Quo insinuari videtur, verum baptis-  
ma dari posse in nomine Patris tantum, vel  
Spiritus sancti tantum. Tunc est tamen tres ibi  
nominare personas, ut dicatur, In nomine (non  
nominibus) Patris & Filii & Spiritus sancti. in  
inuatione & confessione patris, &c. Inuo-  
catur enim ibi tota Trinitas, ut ibi inuisibili-  
ter operetur per se, sicut extra visibiliter per  
ministerium. Si autem dicatur, in nominibus,  
non est ibi sacramentum, quia non seruatur  
forma baptismi.

*Cap. 4. Institutum fuit baptismum quando Chri-  
stus à Iohanne baptisatus est.*

**D**E institutione baptismi, quando cepit,  
variae sunt aestimationes. Alij dicunt tunc  
esse institutum, cum Nicodemo Christus ait, Nisi quis renatus fuerit, &c. Alij, cum A-  
postolis dixit, Ite, docete omnes gentes, bap-  
tisanes, &c. Sed hoc dixit eis post resurre-  
ctionem, praecipiens eis de vocatione gen-  
tium, quos ante passionem miserat ad praedi-  
candum & baptisandum. Nam ergo institutus  
erat baptismus. Baptisabant autem in ea forma,  
in qua postea gentes baptisauerunt, scilicet in no-  
mine Trinitatis. quae ante passionem potest in-  
telligi tradita, licet non sit scriptum. Cõmo-

de cōf. diūs ergo dicitur institutio facta, quando  
 d. 4. nū Christus à Iohanne baptizatus est in Iorda-  
 quam ne. quod dispensauit: non quia mundari vo-  
 aqua. luit, cū sine peccato fuerit: sed quia conta-  
 ctu suæ mūdissimæ carnis vim regeneratiuā  
 contulit aquis: vt qui postea immergeretur,  
 inuocato nomine Trin. à peccatis purgaretur.  
 Tunc ergo inuocato nomine Tri. institutus est  
 baptismus Christi, in quo Trinitas (cuius mysterium  
 ibi innotuit) interiūs hominem baptisat.

C A P. 5. *Christus conuenientiūs aquam in hoc  
 sacramento instituit, quā aliū quēcūq; liquorē.*

Io. 3. **C**elebratur autē hoc sacramentū tantū  
 in aqua, nō in alio liquore, vt ait Chri-  
 stus, Nisi quis renatus, &c. Ideoq; vni-  
 formiter id fieri in aqua præcipitur, vt intel-  
 ligatur, q̄ sicut aqua fordes corporis ac ve-  
 stis abluir: ita baptismus maculas animæ for-  
 desque vitiorum emundando abstergit. Vel  
 ideo, vt nullum inopia excusaret: quod pos-  
 set fieri, si in vino vel oleo fieri præcipere-  
 tur: & vt communis materia baptisandi in-  
 ueniretur apud omnes: quod aqua signauit,  
 Ioh. 19. quę de latere Christi manauit: sicut sanguis,  
 alterius sacramenti signum fuit.

C A P. Sextum. *Baptismus fieri po-  
 test, vel semel tantum, vel ter  
 immergendo.*

FF iij

**C** Reg. De trina immersione baptismi nil responderi potest, quàm quod vos ipsi *ad lea.* sensistis: quia in vna fide nil officit Ec- *episc.* clesie sanctae cōsuetudo diuersa. Quia enim *epi. 4.* in tribus subsistētiis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismo ter vel semel immergere: quia & in tribus mersionibus, personarū Trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari.

C A P. 7. *Legalia in Christi morte cessauerunt.*

**T**unc ergo circumcisio vim suam perdit, ita quòd postea non profecerit, sed potius obfuerit suis obseruatoribus. Sed vsque ad oblationem verae hostiae potuit prodesse. Si enim ante passionem legalia finem habuissent, non ea imminente vetus pascha cum discipulis manducasset.

C A P. Octauum. *Baptismi res interior est munditia siue mentis iustificatio.*

**C**Ausa verò institutionis huius sacramenti est innouatio mentis: vt homo, qui p peccatū vetus fuerat, per gratiā baptismi renouetur. quod fit depositione vitiorum, & collatione virtutū. Non tamē aditum regni nobis aperuit, sicut nec circumcisio, sed hostia saluatoris: quae si tēpore circumcisionis oblata fuisset, illius temporis ho-

4<sup>o</sup>.

1236. p. 7.

mines regnum Dei introissent.

DE SVSCIPIENTIBVS

sacramentum Baptismi.

DISTINCT. Quartæ

CAP. Primum.

*Differenter recipitur hoc sacramentum.*

**H**ic dicendum, aliquos suscipere sacramentum & rem sacramenti: aliquos sacramentum, & non rem: aliquos rem, & non sacramentum. Sacramentum & rem suscipiunt omnes paruuli, qui in baptismo ab originali peccato mudatur. Quod autem omnibus paruulis in baptismo peccatum remittatur

*Quidam sacramentum & rem suscipiunt. = 31. b.*

*in en-*  
*chir.*  
*ca. 43.*  
euidenter Aug. dicit: A paruulo, inquit, receter nato vsque ad decrepitum senem, sicut nullus prohibetur a baptismo, ita nullus qui non moriatur peccato in baptismo: sed paruuli tantum originali, maiores vero etiam omnibus qui male viuendo addiderunt ad illud quod nascendo traxerunt, nisi enormitas vitæ impediatur. Adulti quoque qui cum fide baptisantur, sacramentum & rem suscipiunt. Qui vero sine fide vel fide accedunt, sacramentum, non rem, suscipiunt. Vnde Hieron. Sunt lauachra gentium hereticorum, sed non lauant ad salutem. In Ecclesia etiam qui non plena fide accipiunt baptisma, non spiritum, sed aquam suscipiunt. Augu. etiam ait: Omnis qui iam suæ voluntatis arbiter

*Quidam sacramentum & non rem suscipiunt. = 30. b. l. 15.*

constitutus est, cum accedit ad sacramentum  
 fidelium: nisi poeniteat eum veteris vitae, no-  
 uam non potest inchoare. Ab hac poeniten-  
 tia cum baptisantur, soli paruuli immunes  
 sunt. Illud autem quod dicit Apost. Quot *Gal. 3.*  
 quot in Christo baptisati estis, Christum in- *ro. 6.*  
 duistis: sic est inteliigendum, q̄ qui in Chri- *ep̄h. 4.*  
 sto, id est Christi conformitate baptisantur,  
 vt moriantur vetustati peccati, sicut Christus  
 vetustati poenae, induit Christum, quem per  
 gratiam inhabitatem habent. Omnes etiam  
 qui in Christi nomine baptisantur, Chri-  
 stum induunt, vel secundum sacramenti sus-  
 ceptionem, vel secundum vitae sanctificatio-  
 nem. vt dicit Aug. lib. de Bapt. contra Do- *lib. 5.*  
 natistas. Sunt & alij qui suscipiunt rem, & *ca. 24.*  
 non sacramentum. Qui enim effundunt san-  
 guinem pro nomine Christi, etsi non sacra-  
 mentum, rem tamen accipiunt. Vnde Aug. *lib. 13.*  
 Quicunque non percepto regenerationis la- *de Tri.*  
 uacro, in confessione Christi moriuntur, *cap. 7.*  
 tantum eis valet ad dimittenda peccata, qua-  
 tum si abluerentur sacro baptismi fonte. Au-  
 distis quod passio pro Christi nomine susce-  
 pta, supplet vicem baptismi. Nec tantum pas-  
 sio vicem baptismi supplet, sed etiam fides &  
 contritio, vbi necessitas excludit sacramen-  
 tum. sicut aperte docet Aug. & B. Cypri. li.  
 4. de Bapt. non leue documentum assumit,  
 Quod etiam atque etiam ego considerans,

192. b  
 23 f. 1.

Quidã rē,  
 & nõ sa-  
 cramentũ.

Martyriũ  
 & cordis  
 poenitentia  
 vicẽ baptis-  
 mi quãdo  
 que sup-  
 plent,

inuenio non tantum passionem pro nomine  
 Christi id quod baptismo deerat posse sup-  
 plere, sed etiam fidem conuersionemq; cor-  
 dis, si forte ad celebrandum mysterium ba-  
 ptismi in angustiis temporum succurri non  
 potest. Neque enim Latro nomine Christi  
 crucifixus est, sed pro meritis suorum faci-  
 norum. Nec quia credidit passus est, sed  
 dum patitur credit. Quantum ergo fides  
 valeat (etiam sine visibilis baptismi sacra-  
 mento, quod Apost. ait, Corde creditur ad  
 iusticiam, ore autem confessio fit ad salu-  
 tem) in illo latrone declaratum est: sed tunc  
 impletur inuisibiliter, cum mysterium ba-  
 ptismi, non contemptus religionis, sed arti-  
 culus necessitatis excludit. Sed quidam di-  
 cunt August. hoc retractasse. Retractauit  
 quidem exemplum, sed non sententiam. Ait  
 enim lib. 4. Cum dicerem vicem baptismi  
 posse habere passionem, non satis idoneum  
 posui illius latronis exemplum: quia utrum  
 non fuerit baptisatus incertum est. Constat  
 ergo aliquos sine baptismo iustificari & sal-  
 uari. vnde Ambro. de Valentiniano, Ven-  
 trem meum doleo (vt prophetico vtar elo-  
 quio) quia quem regeneraturus eram, ami-  
 si. veruntamen gratiam quam ille poposcit,  
 non amisit. Ideo Apost. dixit pluraliter, ba-  
 ptismata, quia est baptisma in aqua, in Tan-  
 guine, in poenitentia. Ratio etiam id suadet:

luc. 23.

Ro. 10.

lib. 2.

retract.

cap. 18.

lib. de

obi. Va

lentini.

hier. 4.

hebr. 6.

230. a

1. 2

J



E P I T O M E

Si enim non valentibus credere paruulis sufficit baptismus, multò magis sufficit fides adultis volentibus, sed non valentibus baptizari. Vnde August. Quæris quid sit maius, *lib. de* fides an aqua? non dubito quin respõdeam, *vn. ba-* fides. Si ergo quod minus est potest sancti- *pti.* ficare, nonne quod maius est, id est fides? de qua Christus ait, Qui crediderit in me, etiã *Ioh. II.* si mortuus fuerit, viuet, & c.

C A P. Secundum. Paruulis non sufficit fides Ecclesiæ sine sacramento.

**I**stud quum multis sanctorum authoritatibus comprobari possit, vnum sufficiet August. testimonium dicentis: Firmissimi *lib. de* me tene, paruulos qui vel in vteris matrum *fid. ad* viuere incipiunt & ibi moriuntur, vel de ma- *Petr.* tribus nati, sine sacramento baptismi de hoc *cap. 27* seculo transeunt, æterno supplicio punien- *de cõf.* dos: quia etsi propriæ actionis peccata non *dist. 4.* habuerunt, originale tamen peccatum tra- *c. firmis* xerunt carnali concupiscentiæ conceptione *simè.* ne. Et sicut paruuli qui sine baptismo moriuntur, infidelium ascribuntur numero: ita qui baptizantur, fideles dicuntur: quia à fidelium consortio non separantur. Fideles ergo sunt, non propter virtutem, sed fidei sacramentum.

*Sanctus qui dicitur  
234. b.*

CAP. Tertium. Non est baptisma iis su-  
perfluum, qui prius erant per fidem & *229. v. l. 15.*  
charitatem iustificati.

**S**ane potest dici eos quidem per fidem  
& charitatem iustificatos, id est à macu-  
la peccati purgatos, & à debito æternæ  
pœnæ absolutos, tamen adhuc teneri satisfa-  
ctiōne temporali, qua pœnitentes ligantur  
in Ecclesia. Cùm autem baptismum reci-  
piunt, & à peccatis, si qua interim post con-  
uersionem contraxerunt mundantur, ab ex-  
teriori satisfactiōne absoluuntur: & adiu-  
trix gratia omnisque virtus in eo augetur:  
vt nouus homo tunc verè possit dici. Fomes  
quoque peccati in eo debilitatur. Ideo Hiero.  
dicit, quòd fides quæ facit fideles, in aquis  
*Mat. 25* baptismi datur vel nutritur: quia non habenti  
aliquando ibi datur, & iam habenti vt ple-  
nius habeat datur.

*fomes.*

CAP. Quartum. Per baptismatis perceptio-  
nem omnis pœnæ obligatio remittitur. *262. 9*

**Q**uia verò omnis exterior satisfactiō  
ibi relaxetur Ambr. ostēdit in illum  
locū Apo. Sine pœnitētia sunt dona Dei &  
vocatō, dicēs: Gratia dei in baptismo nō re-  
quirit gemitū vel planctū, vel aliquod opus:  
sed & omnia gratis cōdonat. Quod quidē de  
exteriori gemitu & planctu accipiēdum est.  
Nā sine interiore nemo adultus renouatur:  
sed exteriores satisfactiōnes & afflictiones,

*262. 9*

scil. sordes pœnitentium, ibi dimittuntur. Sed quæritur, Cur pœnalitas pro peccato, cui sumus addicti, non tollitur? Hoc ideo fieri tradunt sancti, quia si à pœna homines per baptismum liberarentur, ipsum putarent baptismi precium, non æternum regnũ. Ideo soluto reatu peccati mortalis, pœna tamen manet, vt illa vita studiosius quærat, quæ erit à pœnis omnibus aliena. Ideo etiã manet, vt sit fidei & certandi materia, & vincendi occasio: qui non vinceret, si non pugnaret: nec pugnaret, si in baptismo fieret immortalis.

Isid. li.  
1. de sũ.  
60. c. 13

C A P. Quintum. Gratia sacramentalis sine sacramento aliquando confertur.

**S**I quæritur cuius rei baptismus ille sit sacramentum qui datur iam iusto: dicimus sacramentum esse & rei quæ præcessit, id est remissionis antè per fidem datæ, & remissionis temporalis pœnæ siue peccati si habetur, si quod interim committitur, & nouitatis ac omnis gratiæ ibi præstitæ. Omnis etenim rei signum est, cuius causa est. Nec mireris rem aliquando præcedere sacramentum, quum aliquando etiam longè post sequatur: vt illis qui fide accedunt, quibus cum postea pœnituerint, incipiet baptismus prodesse: in quibus bapti-

pœnalitas.  
Tota est  
in manu?

202. b.  
c. 7.  
240. a

Aug. lib.  
27.

mag. ind.

228. a  
c. 23.

smus fuit sacramentum huius sanctificationis, quam pœnitendo habent. Sed si nunquam pœniterent, nec à figmento recederent: cuius rei sacramentum esset baptismus ab illis susceptus? Potest dici, rei quæ ibi fieret, si non enormitas eorum impediret.

CAP. Sextum. *Paruuli gratiam recipiunt in munere, & non in usu.*

**D**E paruulis verò qui nondum ratione vtuntur, quæstio est an in baptismo receperint gratiam, qua ad maiorem venientes ætatem possint velle & operari bonum. Videtur quòd non receperint, quia gratia illa charitas est, & fides quæ voluntatem præparat & adiuuat. Sed quis dixerit eos accepisse gratiam & charitatem? Si verò gratiam non receperint, qua bene operari possunt cum fuerint adulti: non ergo sufficit eis in hoc statu gratia in baptismo data: nec per illam modo possunt boni esse, nisi alia addatur: quæ si non additur, non est ex eorum culpa, quia iustificati sunt à peccato. Quidam putant gratiam operantem & cooperantem dari cunctis paruulis in munere, non in usu: vt cum ad maiorem venerint ætatem, ex munere sortiantur vsum, nisi per liberum arbitr. vsum muneris extinguant peccando.

236. a

Gratia, charitas,  
134. a. fides.

94. b.  
6. 1/2.

EPITOME  
DE MINISTRO BAPTISMI.

DISTINCT. Quintæ  
CAP. Primum.

*Baptismus dari potest à bonis & malis ministris, & æquè datur ab utrisque.*

**P**ost hæc sciendum est sacramentum baptismi à bonis & malis ministris dari, sicut à bonis & malis sumitur. Nèc melior est baptismus, qui per meliorem datur: nèc minùs bonus, qui per minùs bonum datur, nèc maius qui per malum datur: nèc maius munus datur in baptismo dato à bono, nèc minus in baptismo dato à malo, sed æquale: quia nò est munus hominis, sed Dei.

Quod totum subditis declaratur testimoniis. August. ait, Baptismus talis est, qualis ille in cuius potestate datur, non qualis est ille per cuius ministerium datur. Itè m si in hæresi quacunque vel schismate quisquam baptismi sacramentum acceperit, integrum sacramentum accepit: sed salutem, quæ virtus est sacramenti, non habebit, si extra Ecclesiam catholicam ipsum sacramentum habuerit. Debet ergo ad Ecclesiam redire, non vt sacramentum baptismi iterum accipiat (quod nemo debet in aliquo repetere) sed vt in societate catholica vitam

*lib. 1. sig. 17.  
7. l. 2.*

*Errat.  
237. b. l. 14.  
114. a  
2 ff. a.*

*Inter  
artic.  
mag.  
ex 4.  
de a  
septi-  
mum*

accipiat : Baptismus enim extra Ecclesiam nequit prodesse.

CAP. Secundum. Contulit Christus ministerialem potestatem hominibus dimittendi peccata per baptismum.

*Inter artic. mag. ex 4. vi de art. septimum.* Potuit Christus dare potestatem hominibus dimittendi peccata, non tamen ipsam eandem qua ipse potens est, sed potentiam creatam, qua servus posset dimittere peccata, non tamen ut author remissionis, sed ut minister, nec tamen sine Deo auctore, qui eius verbo velut quodam ministerio uteretur. Item posset Deus per aliquem creare aliqua, non per eum tanquam auctorem, sed ministrum, cum quo & in quo operaretur: sicut in bonis operibus nostris ipse operatur & nos: nec ipse tantum, nec nos tantum: sed ipse nobiscum & in nobis: & tamen in illis agendis ministri eius sumus, non auctores. Unde & Dominus dicitur sanctificare, & servus: sed Dominus invisibili gratia, servus visibili.

*Opera.  
245. a  
247. b.*

DE VSV ET SOLENNITATE huius Sacramenti.

DISTINCT. Sextæ  
CAP. Primum.

Solum sacerdotibus convenit ex officio baptizare, non sacerdotibus vero in necessitate.

*Primo quantum ad baptizantes, omnibus ne liceat baptizare.*

**D**E hoc Isido. ait, Constat baptismum <sup>li. 2. de</sup> solis sacerdotibus esse traditum, eius- <sup>officiis</sup> que ministerium nec ipsis diaconi- <sup>de conf.</sup> bus implere est licitum absque episcopo vel <sup>dist. 4.</sup> presbytero, nisi his procul absentibus, vlti- <sup>ca. con-</sup> ma languoris cogat necessitas. quod etiam <sup>stat. &</sup> laicis fidelibus permittitur ex concilio Car- <sup>c. mu-</sup> taginensi quinto. Item mulier, quanuis san- <sup>lier.</sup> cta, baptizare non præsumat, nisi necessita-  
te cogente.

*CAP. Secundum. Ab hæreticis iuxta formam Ecclesiæ baptizati, non sunt rebaptizandi.*

**B**Eda, Sive hæreticus, sive schismaticus, <sup>ho. 30.</sup> sive facinorosus, quisque in confessio- <sup>& sup.</sup> ne sanctæ Trinitatis baptizet. Non va- <sup>mat. de</sup> let ille qui baptizatus est, à nobis catholicis <sup>consec.</sup> rebaptizari, ne confessio & Trinitatis inuo- <sup>dist. 4.</sup> catio videatur annullari. & idem Aug. do- <sup>c. Sine.</sup> cet. Ex quibus colligitur quòd qui etiam <sup>ad que</sup> ab hæreticis baptizati sunt, seruato chara- <sup>stiones</sup> ctere Christi, rebaptizandi non sunt: sed tan- <sup>Orosii.</sup> tum impositione manus reconciliandi. vt <sup>de con-</sup> Spiritum sanctum accipiant, & in signum <sup>sec.</sup> detestationis hæreticorum. In quo tamen <sup>dist. 4.</sup> Cyprianus à veritate deuiasse videtur, qui <sup>c. quã</sup> de hæretico ait: Quomodo sanctificare aquam <sup>uis.</sup> potest, cum ipse immundus est, & apud quem Spiritus sanctus non est? Hoc verò ex igno-

rancia eum dixisse August. innuit in lib. de *Error Cy-*  
*priani ab*  
 vnico baptismo, dicens: Martyrem Cypria-  
 num gloriosum, qui apud hereticos vel schi-  
 smaticos datum baptismum nolebat cogno-  
 scere, dum eos nimis detestaretur, tanta eius  
 merita usque ad martyrij triumphum sequu-  
 ta sunt, ut & charitatis qua excelebat, luce  
 obumbratio illa fugaretur: & si quid pur-  
 gandum erat, passionis falce tolleretur. Nec  
 nos qui baptismi veritatem, & hereticorum  
 iniquitatem cognoscimus, ideo Cypriano  
 meliores sumus, sicut nec Petro: quia gen-  
 tes iudaizare non cogimus.

C A P. Tertium. In maternis vte-  
 ris pueri non sunt ba-  
 ptizandi.

**H**OC etiam sciendum est quod licet ter Trina im-  
 immergatur puer propter mysterium *mersio nō*  
 Trinitatis, tamen vnum baptismum *tollit vni-*  
 putatur. *Illud etiam ignorandum non est, tatem ba-*  
 quod in materno utero nullus baptizari po-  
 test, etiam si mater baptizetur. vnde Isido.  
 Qui in maternis vteris sunt, ideo baptizari  
 non possunt: quia qui natus adhuc secun-  
 dum Adam non est, secundum Christum  
 non potest renasci. Neque regeneratio in  
 eum dici potest, quem generatio non præ-  
 cessit. Si verò opponitur de Hieremia &  
 Iohanne Baptista, qui ab utero sanctificati

GG



27p.  
leguntur, quod etiam de Iacob quidam pu-  
tant. Dicimus illos præter communem le-  
gem in vteris iustificatos, & gratia præuen-  
tos, dimissis omnibus peccatis: quod etiam  
multis sanctorum testimoniis edocetur.

C A P. *Quartum. Ob corruptam  
verborum prolationem igno-  
ranter factam baptisma  
non iterandum.*

D E hoc Zacharias Bonifacio scribit: *de cōse.*  
Retulerunt mihi nuncij tui, quòd *dist. 4.*  
fuerit sacerdos in eadem prouincia *c. retu-*  
tua, qui Latinam linguam penitus ignora- *lerunt.*  
bat. & dum baptizaret, nescius Latini elo-  
quij infringens linguam diceret, Baptizo te  
in nomine patriæ & filia & spiritua sancta. &  
propter hoc considerasti rebaptizare. Sed  
si ille qui baptizauit, non errorem indu-  
cens vel hæresim, sed pro sola ignorantia  
Romanæ loquutionis infringendo linguam  
baptizans, id dixisset: non possumus consen-  
tire vt denuo baptizentur.

C A P. *Quintum. Baptizandi sunt,  
de quibus dubitatur an sint  
baptizati.*

L Eo papa: Præterea sciendum est, quòd *de cōse.*  
illi de quibus nulla extant iudicia in- *di. 4. c.*  
ter propinquos vel domesticos vel vi- *nulla.*

cinos, à quibus baptizati fuisse doceantur, agendum est vt renascantur ne pereant: in quibus quod non ostenditur gestum, ratio non finit vt videatur iteratum. Conferendum eis videtur quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.

C A P. Sextum. *Baptisma ioculariter & mimicè factum, est iterandum: non autem, si intentione recuperandæ sanitatis corporalis quis baptizetur.*

*de cõse. dist. 4. c. solet etiam quæri.* **V**idetur sapientibus non esse baptisma illud, cum aliqui in balneum vel in flumen merguntur in nomine Trinitatis: quia non intentione baptizandi illud geritur. Nam in hoc & in aliis sacramentis sicut forma est seruanda, ita & intentio illud celebrandi, est habenda. Illud etiam non temoveat, quòd quidam non ea fide paruulos ad baptismum ferunt, vt per spiritum ad vitam regenerentur æternam: sed eos putant hoc remedio temporalem accipere sanitatem. Non enim propterea illi regenerantur, quia nec ab illis hac intentione offeruntur.

C A P. Septimum. *Duo tempora ad baptizandum fuerunt instituta.* 299. a.

G G ij

**A**gnosendum est etiam in baptizandis electis duo tempora esse seruanda, scilicet pascha & penthecostem, ut in duo tibi sabbato paschæ vel penthecostes baptismi pora sacramentum celebretur. Qui verò necessitate mortis vel periculi vrgentur, omni tempore debent baptizari.

*C A P. Octauum. Oportet omnem ad baptismum accedentem, fidem Christi per se, nisi impediatur, profiteri.*

**I**sid. Paruuli alio profitente baptizantur, 2. li. de qui adhuc loqui vel credere nesciunt: sicut etiam pro egris, mutis, vel surdis, alius profitetur dum baptizantur. sic & de pœnitentibus agendum est. Si verò pro eo qui respondere potest, alius respondeat, non itidem valet, sicut dictum est: Aetatem habet, pro se loquatur.

*C A P. Nonum. Sponsores in baptismo paruulos obligant.*

**C**um pro paruulo respondetur, Credo, vel fidem peto: sensus est, Credo, id est sacramentum fidei suscipio: & fidem peto, id est sacramentum fidei præsum recipere. & ibi spondetur pro paruulo, quòd ad maiorem ætatem si venerit, &

pompis diaboli renuntiabit, & sanam fidem tenebit, cuius tunc sacramentum recipit. Hac autem sponsione paruulus tenebitur, non sponsor: si tamen ut cautio impleatur (quatum in se est) operam dederit: quia exigitur a patrino, ut sit diligens circa eum pro quo spondit sollicitudo.

CAP. Decimum. *Cathecismus & exorcismus debent baptismum precedere.*

*de instr. clericorū lib. de symbolo. de cōse. dist. 4. ante baptis.*  
**R** Aba. Ante baptismum cathecizandi, id est instruēdi, debet in homine preuenire officium: ut fidei cathecuminus accipiat radimentum, & sciat cui debitor fiat deinceps. Item Aug. Paruuli exufflantur & exorcizantur, ut ab eis pellatur potestas diaboli, ne iam cōtendant eos subuertere, ne baptismum consequantur. Non ergo ab infantibus creatura Dei efflatur, vel exorcizatur, id est adiuratur: sed diabolus, ut recedat ab homine. *204. l. 490. b.*

DE SACRAMENTO  
 Confirmationis.

DISTINCT. Septimæ  
 CAP. Primum.

*Sacramentum Confirmationis certa forma & materia constans, solum episcopum ministrum habet.*

GG iij

**N**unc de sacramento Confirmationis addendum est, de cuius virtute quæri solet: forma enim aperta est, scilicet verba quæ dicit episcopus, cum baptizatos, in frontibus sacro signat chrismate. Hoc sacramentum ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus: nec tempore Apostolorum ab aliis quàm ab ipsis Apostolis legitur peractum: nec ab aliis quàm ab illis qui locum eorum tenent, perfici potest aut debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habetur & vacuum: nec inter ecclesiastica reputabitur sacramenta. Licet autem presbyteris baptizatos tangere in pectore, sed non chrismate signare in fronte. Virtus autem huius sacramenti est, donatio Spiritus sancti ad robur, qui in baptismo datus est ad remissionem. Vnde Urbanus: A summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur per Spiritum sanctum, ad prædicandum aliis illud quod ipse in baptismo consequutus est.

*Confirmacionis effectus.*

*CAP. Secundum. Sacramentum Confirmationis licet inferioris gratie sit quàm baptismus. à ieiunis debet tantùm semel suscipi.*

**C**onfirmationis sacramentum dicitur esse maius baptismo: sed fortè non ob maiorem virtutem & vtilitatem quam

conferat: sed quia à dignioribus datur, & in  
 digniore parte corporis, scil. in fronte: <sup>vel</sup> ~~231. a.~~ ~~230. b.~~  
 quia maius augmentum virtutum præstat,  
 licet baptismus plus valeat ad remissionem.  
 vt dicit Rabanus. Nec debet iterari, sicut  
 nec baptismus, nec ordo. Nulli enim sacra-  
 mento facienda est iniuria, quod fieri puta-  
 tur, quando non iterandum iteratur, vt dicit  
 contra <sup>5.</sup>  
 Parme-  
 nia li. 2  
 cap. 12. August.

DE SACRAMENTO EU-  
 charistiæ, & primò quo ad eius  
 figuras, institutionem, ma-  
 teriam, & formam.

DISTINCT. Octauæ  
 CAP. Primum.

*Eucharistiæ sacramentum multipliciter  
 fuit præfiguratum.*

**H**Oc sacramentum excellenter Eucha-  
 ristia dicitur, id est bona gratia: quia  
 in hoc sacramèto nō solum est augmē-  
 tum virtutis & gratiæ, sed ille totus sumitur,  
 qui est fons & origo totius gratiæ. Cuius fi-  
 gura præcessit, quādo manna Deus pluit in  
 deserto patribus, qui quotidiano cæli pa-  
 scebantur alimento. Vnde rectè viati-  
 cum appellatur; quia in via nos reficiens,  
 in patriam vsque deducit. Sicut ergo in ma-  
 ri rubro figura baptismi præcessit: ita in  
 manna significatio dominici corporis. Hæc

GG iij

o  
 f.  
 Nota in  
 Eucharistia

figura

viaticum

E P I T O M E

duo sacramenta demonstrata sunt, vbi de latere Christi sanguis & aqua profluxerunt, quia Christus per sanguinem redemptionis & aquam abluionis nos redimere venit à diabolo & peccato. Sicut Israelitas per sanguinem agni paschalis ab exterminatore, & per aquam maris rubri ab Aegyptiis liberauit. Huius etiam sacramenti ritum Melchisedech ostendit, vbi panem & vinum Abrahamæ obtulit. Vnde ait Ambro. Intelligi datur anteriora esse sacramenta Christianorum, quàm Iudæorum.

exo. 12

ge. 14.

de sa-  
cra. lib.

4. c. 3.

Matt.  
26.

li. 4. d.  
sacra.  
cap. 4

C A P. Secundum. Christus hoc sacramentum instituit.

**S**acramentum hoc Dominus instituit, quando post typicum agnum corpus & sanguinem suum in cœna discipulis porrexit. Vnde Eusebius Emisenus: Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat vt in die cœnæ sacramentum nobis corporis & sanguinis consecraret: vt celebretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium.

C. C A P. Tertium. Forma huius sacramenti nobis est à Christo præscripta.

Matt. 26. **F**orma verò est, quam ipse ibidem edidit  
 dicens, Hæc est corpus meum: & post,  
 Hic est sanguis meus. Cùm enim hæc  
 verba proferuntur, conuersio fit panis & vi-  
 ni in substantiã corporis & sanguinis Chri-  
 sti. Reliqua ad laudem Dei dicuntur. Vnde  
 Ambro. Sermone Christi hoc conficitur sa-  
 cramentum: quia sermo Christi creaturam  
 mutat. & sic ex pane fit corpus Christi: & vi-  
 num cum aqua in calicem missum, fit san-  
 guis, consecratione verbi cælestis. Consecra-  
 tio quibus fit verbis? attende quæ sunt ver-  
 ba: Accipite, & comedite ex eo omnes: Hoc  
 est corpus meum. & iterum, Accipite, & bi-  
 bite ex hoc omnes: Hic est sanguis me<sup>9</sup>. Per  
 reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo re-  
 fertur: oratio præmittitur pro populo, pro *Cur christ<sup>9</sup>*  
 regibus. Dedit autem hoc sacramentum, ce- *hoc sacra-*  
 lebrato cum discipulis typico pascha, vt ostē *mentū de-*  
 deret legis veteris sacramēta, inter quæ præ- *dit post ty-*  
 cipuum erat agni paschalis sacrificium, in *picam cæ-*  
 morte sua terminari, ac legis nouæ sacramen *nam.*  
 ta substitui: in quibus excellit mysterium  
 Eucharistiæ. Idem etiam post alia dedit, vt *à ieiunis*  
 vt hoc vnum arctiùs memoriæ discipulorum *sumendū.*  
 infingeretur, & ab Ecclesia deinceps frequen-  
 taretur. Sed non inde disciplinam sanxit in  
 posterum, vt post alios cibos sumatur, sed  
 potius à ieiunis sumi oportet. Sicut Aposto-  
 lus docet, vt singulari reuerētia diiudicetur, *1 cor. 11*



ad Ianua id est discernatur ab aliis cibis. quod domi-  
 rii epi. 118 Apostolis disponendū reliquit, vt dicit Aug. I. co. II  
 de consec.

d. 4. cap. CAP. 4. Huius sacramenti res duplex est.

liquido.

22. b.  
 forma

23.  
 1. Vm ergo sacramentū fit inuisibilis gra-  
 2. tiae visibilis forma: Forma panis & vi-  
 ni quae ibi videtur, est sacramentū, id  
 est signum sacrae rei: quia praeter speciē quā  
 ingerit sensibus, aliquid aliud facit in cogni-  
 tionem venire. Tenent ergo species vocabu-  
 la rerum, quae antè fueruat, scil. panis & vi-  
 ni. Huius autem sacramenti gemina res est:  
 1. vna scil. contenta & significata, vt caro Chri-  
 sti de Virgine accepta, & sanguis quem pro  
 nobis effudit: & res significata & non con-  
 2. tenta, scil. vnitas Ecclesiae in praedestinis,  
 vocatis, iustificatis, & glorificatis. Haec est  
 duplex caro Christi & sanguis. Sūt ergo hic  
 23. b.  
 2 Pt. a. tria distinguenda: vnū, quod tantū est sa-  
 1. cramentum, vt species visibilis panis & vi-  
 2. ni. Alterū, quod est res & sacramentum,  
 3. vt caro Christi propria & sanguis. Tertium,  
 quod est res & non sacramentum, vt mysti-  
 ca eius caro. Porro illa species visibilis sa-  
 cramentum est geminae rei, & vtriusque si-  
 militudinem gerit. Nam sicut panis ex mul-  
 tis granis & vinū ex pluribus acinis consur-  
 git, ad sustentandum & lactificandum homi-  
 nem: Sic hoc sacramentum interiorē ho-  
 minem plus cæteris gratis spiritualiter re-

23. b.  
 2 Pt. a. Tria sunt  
 1. in hoc sa-  
 2. cramento.

3.

I. co. IO

aug. de  
 ciui. li.  
 IO. c. 5

de ver-  
 dom.  
 2. d.  
 cose. a.  
 2. ca.  
 quide  
 christi  
 tract.  
 23. in  
 Io.

ficit & saginat. Habet etiam similitudinem cum re mystica, quæ est vnitas fidelium ex multis fidelibus resultans. iuxta Apostolum, *1. co. 10* Vnus panis & vnum corpus multi sumus.

DE EVCHARISTIAE  
sacramento quoad  
suscipientes.

DISTINCT. Nonæ

CAP. Primum.

*Duo sunt modi manducandi hoc sacramentum.*

*de ver. dom. & de cõse. d. 2. ca. quide est christu. tract. 23. in 10.*  
**E**T sicut duæ sunt res illius sacramenti, ita etiam duo modi manducandi: Vnus sacramentalis, quo boni & mali edunt: Alter spiritualis, quo soli boni manducant. Vnde Aug. Quid est Christum manducare? non est hoc solum in sacramento corpus eius accipere (multi enim indignè accipiunt) sed in ipso manere, & in se habere ipsum manentem. Spiritually enim manducat, qui in vnitate Christi & Ecclesiæ (quam sacramentum significat) manet.

CAP. 2. *Mali realiter corpus Christi suscipiunt.*

**P**Ræsumpserunt quidam dicere corpus & sanguinè Christi à bonis tantum sumi, & non à malis, sed indubitanter tenendum est à malis sacramentaliter, id est sub

E P I T O M E

specie visibili, carnem & sanguinem Christi verè suscipi. Quod subditis probatur testimoniis. Greg. Est quidem in peccatoribus & <sup>4. dia.</sup> indignè sumētibus vera Christi caro & ver<sup>o</sup> sanguis, sed essentia salubri, & nō efficiētia. Et August. Multi indignè accipiunt corpus <sup>in Ioh. tra. 26</sup> domini. De quibus Apost. ait, Qui manducat & bibit calicem domini indignè, iudiciū sibi manducat & bibit. Per quod docemur quàm sit cauendum malè accipere bonum. Ecce enim factum est malum, dum malè accipitur bonum. sicut contrà Apostolo factū est bonum, cum bene accipitur malum, scil. dum stimulus Sathanæ patienter portatur. Ergo & mala bonis profunt, sicut Angelus Sathanæ Paulo, & sancta obsunt malis.

Cum autem dicit August. Bonus accipit sacramentum & rem sacramentj: malus verò sacramentum & non rem: Sacramentū intelligit corpus Christi proprium de virgine natum: rem verò, spiritualement Christi carnem, quam malus non suscipit, quia ipsam efficiētia, id est remissionem peccatorum, non percipit. <sup>in glo. 1. cor. 2</sup>

DE SACRAMENTO EV-  
charistiæ quantum ad  
veritatem.

D I S T I N C T. Decimæ

C A P. Primum,

*Verba quibus Christus hoc sacramentum instituit, non sunt figuratiue intelligenda.*

*aug. in Ps. 54* **S**unt qui dicunt ibi esse corpus Christi tantum in sacramento, id est in signo, & tantum in signo manducari à nobis. Qui errandi occasionem sumunt à verbis Veritatis. Unde prima hæresis facta est in discipulis Christi. Cum enim diceret, Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit vitam æternam: Illi non intelligentes, dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eum audire? & abierunt retrò. Quibus discedentibus, instruxit duodecim qui remanserant. Spiritus est (inquit) qui uiuificat: caro nihil prodest. Verba quæ loquutus sum vobis, Spiritus & vita sunt.

*loba. 6* Addunt etiam quod ait Augu. Donec seculum finiatur, sursum est dominus: sed tamẽ etiã hic nobiscum est veritas dominus. Corpus enim in quo resurrexit, in vno loco esse oportet. Veritas verò ei⁹ ubiq; diffusa est. Itẽ, Vna persona est deus & homo, ubiq; per id quod est Deus, in celo per id quod homo est Christus. Dicit etiam, Pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis.

*ad dar. epi. 57 Mat. 26.* Quæ quidem ex eadem ratione omnia accipienda sunt. non enim iis verbis negatur verum corpus Christi à fidelibus sumi, vel in

*Dilutiones*

altari esse: sed his veritas suos discipulos in-  
 struxit, quòd ipsius corpus non per partes  
 discerptum (vt putauerunt illi qui retrò ie-  
 runt) sed integrum: nèque visibiliter in for-  
 ma humana, sed inuisibiliter sub forma panis  
 & vini corpus & sanguinem nobis traderet.  
 quem sensum Aug. confirmat: Ita etiã intel-  
 ligèdum est corpus Christi esse in vno loco,  
 scil. visibiliter, in forma humana: veritas ta-  
 men eius. i. diuinitas, vbique est. Sic etiam il-  
 lud intelligendum est, Pauperes semper ha-  
 bebitis vobiscum, secundum corporale præ-  
 sentiam, scil. qua cum eis conuersabatur. Si-  
 militer per id qd homo est, in cælo est, (cil. vi-  
 sibiliter, inuisibiliter autem in altari.

CAP. 2. Corpus Christi secundum veritatem  
 in hoc sacramento esse confirma-  
 tur auctoritatibus.

HOrũ perfidiã subdita cõuincunt testi-  
 monia. Ait enĩ Veritas, Accipite: hoc  
 est corpus meũ. Itẽ Ambr. Si tantũ va-  
 luit sermo Helix, vt ignem de cælo depone-  
 ret: non valebit tantũ sermo christi, vt substã-  
 tias mutet? De totius mũdi operibus legitur,  
 Dixit, & facta sunt. non enim minus est crea-  
 re, quã mutare nouas naturas rerum. Item  
 Aug. In specie panis & vini quam videmus,  
 res inuisibiles, carnem & sanguinem, hono-  
 ramus, nec similiter pendimus has duas spe-

lib. de  
 sacra.  
 4. c. 4

lib. de  
sacra.  
4. c. 4.

cies sicut ante cōsecrationem pendebamus: cum fideliter fateamur ante consecrationem panem esse & vinum, quod natura formavit: post consecrationem verò carnē Christi & sanguinem, quod benedictio consecrauit. Item Ambro. Panis est in altari vsitatus, ante verba sacra: vbi accessit consecratio, de pane fit Christi caro. Item Euseb. Emisellenus: Inuisibilibus sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate commutat.

DE EVCHARISTIAE SACRAMENTO quoad modum conuersionis.

DISTINCT. Undecimæ  
CAP. Primum.

Conuersio quæ fit in hoc sacramento, non est formalis, sed substantialis.

Supra de hoc sacramento determinatū est quo ad esse, nunc quo ad fieri.

SI autem quaeritur qualis sit illa conuersio, an formalis, an substantialis, vel alterius generis: definire nō sufficio: formalem tamē non esse agnosco, quia species rerum quæ antè fuerant, remanēt, & sapor, & pondus. Quibusdā esse videtur substantialis, dicētib; sic substantiam conuerti in substantiam, vt hæc essentialiter fiat illa. Cui sensui præmissæ autoritates consentire videntur.

Opinio de conuersione.

Nec ea ratione dicitur corpus Christi cōfici verbo cęlesti, quòd quotidie fiat (sicut ab aliis opponitur) aliqua substantia corpus vel sanguis Christi, quę antè non erat corpus, & quòd quotidie augeatur corp<sup>9</sup> Christi, atq; formetur de materia, de qua in conceptione nō fuit factum, vel quòd ipsum corpus in conceptu Virginis formatum, deinceps formetur: sed quia substantia panis vel vini, quę antè non fuerat corpus Christi vel sanguis, verbo cęlesti fit corp<sup>9</sup> & sanguis. Et ideo sacerdotes dicuntur conficere corpus Christi & sanguinem: quia eorum ministerio substātia panis fit caro, & substantia vini fit sanguis Christi. Nec tamen aliquid additur corpori vel sanguini, nec augetur corpus Christi vel sanguis. Nec etiā dicimus substantiā panis vel vini materiam esse corporis & sanguinis Domini: quia non de ea, vt de materia, formatur corp<sup>9</sup>: sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. Ideo non cōceditur, Panis est caro christi, vel vinū est sanguis: quia substātia panis vel vini postquā facta est caro christi vel sanguis, non est substantia panis vel vini, sed caro & sanguis. Ideo distinguendum videtur cū dicitur, Substantia panis est modo corpus christi: manens enim panis non est corpus christi: sed mutata in id quod facta est, est corpus christi. Quāuis aliqui dicant alio modo fieri conuersionem istam, &

*Panis quō  
fiat Christi  
corpus.*

*Substātia  
panis nō ē  
substantia  
corporis  
christi.*

*2 opinio.*

In ho  
milia  
pasche  
li.  
de con  
sec. d.  
ca. O  
nia  
Ioh. 6

gre. i  
bo. pa

esse intelligendam, scilicet ut sub illis accidentibus, sub quibus prius erat substantia panis & vini, post consecrationem fit substantia corporis & sanguinis: sic tamen, ut non eis afficiatur: & substantiam panis & vini in præiacentem materiam resolui, vel in nihilum redigi. Alij vero putauerunt ibi substantiam panis & vini remanere, & ibidem Christi corpus esse & sanguinem, & hac ratione dicit illam substantiam fieri istam, quia ubi est hæc, est est & illa. quod mirum est: & ipsam substantiam panis & vini dicunt esse sacramentum.

In homilia paschali de consecratione. Omnia Ioh. 6. Sed quod non sit ibi substantia nisi corpus Christi & sanguis, ex prædictis & subditis aperte ostenditur. ait enim Ambrosius. Panem istum quem sumimus in mysterio, illum intelligo utique, qui manu Spiritus sancti formatus est in utero virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. de quo ait Veritas, Panem quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

3. opinio.

Huius reprobatio.

CAP. 2. Conuenienter nobis datum est hoc sacramentum sub aliena specie, maxime autem sub hac.

gre. in ho. pas. **V**T fides scilicet haberet meritum, quæ illo caret, ubi humana ratio præbet experimentum: & etiã ne abhorreret animus quod cerneret oculus: quia non habemus in usu carnem crudam comedere, & sanguinem bibere. & etiã ideo, ne ab incre-

HH



dulis religioni Christianæ insultaretur. In-  
 terea tamē in similitudinē accepimus sacra-  
 mētum. vt dicit Aug. Sub duplici autem spe-  
 cie est institutum, vt ostenderetur totam hu-  
 manam naturam Christum assumpsisse, vt to-  
 tam redimeret. Panis enim ad carnem refer-  
 tur, vinum ad animam : quia vinū operatur  
 sanguinem, in quo sedes animæ à phisicis di-  
 citur esse.

CAP. Tertium. Christus sub vtraque  
 specie continetur totus.

I Deo ergo in duabus speciebus celebra-  
 tur, vt animæ & carnis susceptio in Chri-  
 sto, & vtriusque liberatio in nobis signifi-  
 ficatur. Valet enim (vt Ambr. ait) ad tuitionē  
 corporis & animæ quod percipimus: quia ca-  
 ro Christi pro salute corporis, sanguis ve-  
 rò pro anima nostra offertur, sicut præfigu-  
 rauit Moses, Caro, inquit, pro corpore no-  
 stro offertur, sanguis pro anima. Sed tamen  
 sub vtraque specie sumitur totus. quod ad  
 vtrūq; valet. Si enim sub altera tantū specie  
 sumeretur, ad alterius tantū, id est animæ  
 vel corporis, non vtriusque pariter, tuitio-  
 nem valere significaretur. Nec tamen plus  
 sub vtraque, nec minus sub altera tantū su-  
 mitur. Eadem enim est ratio (vt ait Hila-  
 rius) in corpore Christi, quæ in manna

præcessit, de quo dicitur, Qui plus collegerat, non habuit amplius: nec qui minus parauerat, habuit minus. Et licet sub vtraque specie sumatur totus Christus, tamen non fit conuersio, nisi in carnem, nec vini, nisi in sanguinem. nec debet dici duo sacramenta, sed vnum: quia sub vtraque specie idem sumitur. nec debet iterari sacramentum, quia benedictio non reperitur super eandem speciem.

CA P. *Quartum. Panis, vinum, & aqua sunt materia huius sacramenti.*

**N**Equæ aliæ substantiæ in sacrificium dominicæ veritatis offerri debent: quia de aliis non potest consecrari corpus Christi vel sanguis: nec panis debet offerri, nisi de frumento: nec granum frumenti, nisi redactum fuerit in panem: quia Christus & panem se dixit, & grano frumenti se comparauit. Calix autem dominicus, iuxta canonum præceptum, aqua & vino mixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, & in vino ostendi sanguinem Christi. Cùm ergo in calice aqua vino miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit copulatur.

HH ij

Si quis tamen, non intendens introducere heresim, obliuione vel ignorantia aquã prætermiserit, nõ videtur esse irritũ sacramentũ: sed ille grauius corripendus est. Aqua verò nullatenus sine vino potest offerri in sacrificio. Christus verò corpus dedit tale, quale habuit, id est mortale & passibile. nũc vero à nobis sumitur immortale & impassibile, nec tamẽ maiorẽ habet sufficientiã. Nec quoque Eucharistia intincta debet dari populo pro supplemento communionis: quia non legitur christus alicui discipulorum præbuisse panẽ intinctum, nisi Iudæ. Tunc verò nõ accepit Iudas corpus Christi, sed tantũ panem. Corpus verò & sanguinẽ Christi antè cum aliis discipulis perceperat.

*In cœna  
Christo de-  
dit corpus  
mortale.*

*Iudas susce-  
pit corpus  
Christi in  
cœna.*

DE CONSEQUENTI-  
bus conuersionem.

D I S T I N C T. Duodecimã  
C A P. Primum.

*Accidentia sine subiecto existunt in hoc sacra-  
mento, fractionem & partitionem suscipientia.*

**F**atendum est saporem & pondus in hoc sacramento sine subiecto existere: quia ibi non est substãtia, nisi corporis & sanguinis dominici, quæ non afficitur illis accidentibus. Nec fractio vel partitio in substãtia corporis fit, sed in forma panis sine specie. Vnde Apost. ait, Panis quem frangimus: 1. co. 10

*de cõse.  
d. 2. c.  
ego B  
regario*

*de cõse.  
d. 2. tr.  
forme*

quia forma panis ibi frangitur, & in partes <sup>242. b.</sup>  
 diuiditur. Christus verò integer manet, & to-  
 tus est in singulis. Ideoque Berengarij ver-  
 ba, quibus confessus est verum corpus & san-  
 guinem Christi non solum esse sensualiter in  
 hoc sacramento, sed in veritate manibus sa-  
 cerdotum tractari & frangi, & fidelium den-  
 tibus atteri, ita distinguenda sunt, vt sensuali-  
 ter non modo in sacramento, sed in veritate  
 dicatur corpus Christi tractari manibus sa-  
 cerdotum: frangi verò & alteri dentibus, ve-  
 rè quidem, sed in sacramento tantum. Vera  
 est ergo ibi attritio & partitio, & non appa-  
 rens tantum (vt quorundam fuit opinio) sed in  
 singulis partibus totus est Christus. Partes autem  
 illae significationem habent, vt dicit Sergius  
 papa. Nam pars oblata, in calicem missa, 1.  
 corpus Christi quod iam surrexit significat. 2.  
 pars comesta, ambulans adhuc super ter-  
 ram: Pars in altari vsque ad finem missae re-  
 manens, corpus iacens in sepulchro signifi-  
 cat. quia vsque finem seculi corpora sancto-  
 rorum in sepulchris erunt. Caueat autem ne  
 indignè quis percipiat: quia iudicium sibi ad hoc sa-  
 manducat. Sic ergo viue, vt merearis quoti-  
 die accipere: nec accedas indignus. Indig-  
 nus est, qui aliter celebrat mysterium,  
 quam Christus tradidit: vel qui habens mor-  
 tale peccatum, accedit. Hoc autem myste-  
 rium, & sacrificium, & oblatio est, quia me-

oblatio

*In sacri-* moria est & repræsentatio veri sacrificij &  
*ficiu n est* sanctæ immolationis factæ in ara crucis: &  
*institutum* semel mortuus est Christus in cruce, & im- ad Iam  
 molatus: nec causa suæ infirmitatis repetitur, nuarū  
 quia perficit hominem: sed nostræ, quia  
 quotidie peccamus. Ideo dicit Augustinus.  
 Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus li. de ec  
 semel sit passus, quia quotidie peccamus pec- ele. dog  
 catis, sine quibus mortalis infirmitas viue- matib<sup>9</sup>  
 re non potest. Quotidie tamen Euchari- ca. 57.  
 stiam accipere nec laudo (ait Augustinus)  
 nec vitupero.

*An cōmu-  
nicandum  
quotidie.*

DE POTESTATE CON-  
ficiendi sacramentum  
Eucharistiæ.

DISTINCT. Decimætertix  
CAP. Primum.

*Mali æquè atque boni sacerdotes  
consecrare possunt.*

**A**ugust. Intra catholicam Ecclesiam in lib. de  
 mysterio corporis & sanguinis domi- corpore  
 ni nihil à bono maius, nil à malo mi- domini  
 nus perficitur sacerdote: quia non in-meri- et 1. q. 1  
 to consecrantis, sed verbo efficitur creato- ca. in-  
 ris, & virtute Spiritus sancti. Credendum tra ca-  
 est etiam quòd in verbis Christi sacramenta tholicæ  
 conficiantur, Sicut ipse est qui baptizat: ita 10. 1.

ipse est qui per Spiritum sanctum suam efficit carnem & sanguinem. Gregorius: *Pun-  
tant* quidam communionem corporis minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis. Heu in quam magnū laqueū incidunt, ut diuina & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant, cum vnus idemque Spiritus sanctus in tota Ecclesia inuisibiliter ea mysteria & operando sanctificet, & sanctificando benedicat, &c.

CAP. Secundum. Ordo & intentio ad consecrandū requiruntur.

**I**N huius autem mysterij expletionem sicut formam seruari, ita ordinem haberi, scilicet ut sit sacerdos, & intentionem adhiberi oportet, ut illud facere intendat. Quod si intentio dicatur deesse conficiendi illud mysterium, tamen si intendat ea dicere & agere, quæ ab aliis geruntur, impletur mysterium.

DE POTENTIA QVANTUM ad suam quidditatem.

DISTINCT. Decimæ quartæ  
CAP. Primum.

*Multipliciter pœnitentia dicitur.*  
HH iij

lib. 2. cap. 5. n. 1.  
+ 94. a. d.  
Poenitentia  
in his m. 1. 2.  
na.

E P I T O M E

**P**ost hæc de pœnitentia agendum est. Pœnitentia longè positis à Deo, necessaria est, vt appropinquent. Est enim (vt ait Hieronymus) secunda tabula in 3. e. post naufragium. quia si quis innocentia *Esa.* vestem in baptismo perceptam peccando corruerit, per pœnitentiæ remedium reparare potest. Post baptismum enim prolapsi, per pœnitentiam renouari valent, sed non per baptismum, licet homini sapius pœnitere, sed non baptisari. Est autem & pœnitentia exterior, & pœnitentia interior. Exterior sacramentum est, Interior virtus mentis est: & vtraque causa salutis est & iustificationis. Pœnitentia (ait Am- *in sermo.* brosius) est præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. & Gregorius: Pœnitere est antè acta peccata de- *quarta* *resima* *li.* flere, & flenda non committere. Nam qui sic alia deplorat, vt alia tamen committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat au dissimulat. Pœnitentia (ait Augu- *li. deve* *ra* *o* *falsa* *pœnit.* *cap. 8.* stinus) est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse. Pœnitere enim est pœnam tenere, vt semper puniat in se vleiscendo, quod commisit peccando.

C A P. Secundum. Veram pœnitentiam sequi potest peccatum.

258. Expositio  
257. a.  
258. b.  
258. b.

li. 2. de  
su. bo.  
cap. 16  
de pœ.  
dist. 3.  
c. Irri-  
so. li.  
solilo-  
quo.

de pœ.  
dist. 3.  
c. nih  
prode

**H**is verbis quidam contendunt verè  
 pœnitentem vltra non posse peccare  
 damnabiliter: & si grauitè peccaue-  
 rit, veram non præcessisse pœnitentiam:  
 quia (vt dicit Isido.) Irrisor est & non pœ-  
 nitens, qui adhuc agit quod pœnitet, &c.  
 Item August. Inanis est pœnitentia, quam  
 sequens pœna coinquinat, &c. Sed illa ver-  
 ba præmissa, Pœnitere est antè acta desistere,  
 & flenda non cõmittere, rectè sic accipien-  
 da sunt, vt non ad diuersa tempora, sed ad  
 idem referantur, vt scil. tempore quo desset  
 commissa mala, non committat voluntate  
 vel opère flenda. Ille autem irrisor est &  
 non pœnitens, qui sic commissa plangit, vt  
 plangenda, voluntate vel opère committere  
 non desinat. & illud, Inanis est pœnitentia,  
 quam, &c. intelligendum est, id est carens  
 fructu pœnitentiæ illius, quam sequens cul-  
 pa inquinat. Ideo Pius papa ait: Qui à ma-  
 lis sic mentem reuocat, vt commissa plan-  
 gat, & plangenda committere non velit, nec  
 satisfacere negligit, verè pœnitet. Nec ideo  
 non est vera pœnitentia, quæ fortè post non  
 de proposito, sed casu vel infirmitate pecca-  
 bit, &c. Sed etsi de peccato succedenti pœ-  
 nitentia agatur, & pœnitentia quæ præces-  
 sit, & alia antè acta bona reuiuiscunt: sed il-  
 la tantùm quæ ex charitate prodierunt, ta-  
 men per subsequens peccatum mortificata

obuoluo

saluo.

irrisor.

pœnitentia  
sanctus.

hinc  
 pœnitentia  
 hinc  
 272. a

li. 2. de  
 su. bo.  
 cap. 16.  
 de pœ.  
 dist. 3.  
 c. Irri-  
 so. li. 1.  
 solilo-  
 quio.

de pœ.  
 dist. 3.  
 c. nihil  
 prodest.



Opera mortua fuerunt. Quæ verò sine charitate sunt, mortua non reuiuiscunt tua & inania generantur. & ideo per pœnitentiam reuiuiscere non valent.

per sequentem pœnitentiam.

CAP. Tertium. Non semel tantum, sed frequenter peccata per iteratam veram pœnitentiam remittuntur.

obuoluo<sup>ia</sup>  
rom 12.

**A**ugust. scribens contra quosdam hæreticos ait: Adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus quàm oportet, dicentes: Et si semel peccantibus post baptismum valeat pœnitentia, non tamen sæpe peccantibus proderit iterata: alioqui remissio ad peccandum esset incitatio. Errant autem. Constat enim multum ei peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Sed si ea amaret, non semper ea destrueret. Idem ad Macedo. Intantum hominum iniquitas aliquando progreditur, vt etiam post peractam pœnitentiam, & post altaris reconciliationem, vel similia, vel grauiora cõmittant: & tamen Deus facit solem suum super tales oriri: nec minus tribuit, quàm antè tribuerat. Exemplis etiam hoc idem astruitur. Dauid enim per pœnitentiam, adulterij simul & homicidij veniam impetrauit: & grauius tamen postea deliquit in populi enumeratione, quod populi multi-

210.

Iniquitas  
Sominus.

Bonitas  
Dni.

Matt 5.  
Luc 7.

Exemplum  
Dauid.

in le  
uit.  
25.  
15.

tudo prostrata ostendit. Item Chrysof. super locum illum, Voluntariè enim peccantibus nobis (vt ait Apost.) pro peccatis non relinquatur hostia, &c. ait: Sciendum quòd hic quidam exurgunt, horum verborum occasione pœnitentiam auferentes, quasi per pœnitentiam non valeat peccator post lapsum resurgere secundo & tertio & deinceps. Verumetiam in hoc pœnitentiam non excludit, nec propitiationem quæ sæpe fit per pœnitentiam, sed secundum baptisma & secundam hostiam.

obseruatio  
hab.

Solutio

C A P. Quartum. Solennis pœnitentia non iteratur.

Qvod Ambro. dicit, Reprehenduntur qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. Nam si verè pœnitentiam in Christo agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut vnum baptisma, ita est vna pœnitentia. De solenni pœnitentia intelligendum est, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur. Vnde Origenes: In grauioribus enim criminibus semel tantum pœnitere locus conceditur. Communia verò quæ semper incurrimus, semper pœnitentiam recipiunt. *et sic abstergetur.*

obseruatio

Solutio

in le-  
uit. ca.  
25. ho.  
35.

E P I T O M E

Peccata commissa quomodo per se-  
quens peccatum redeant.

*cf. in h.* Peccata dimissa iterum imputari intelli-  
gendum est propter ingratitude: quia  
ita reus & immundus constituitur, ac si illa  
redirent. Sicut enim ille qui ex seruitute in  
libertatem manumittitur, interim verè liber  
est, & tamen propter offensam in seruitu-  
tem postea reuocatur: sic & per pœnitentiam  
verè peccata dimittuntur: tamen pro-  
pter offensam quæ replicatur, iterum redeunt. *Infrâ  
dist. 22  
cap. 1.*

DE POENITENTIA QUAN-  
tùm ad sui integritatem.

DISTINCT. Decimæquintæ  
CAP. Primum.

*261. a* Non potest quis pluribus peccatis irre-  
titus, pœnitentiam tantum de  
vno habere.

**A**vgust. Sunt plures quos pœnitet pec-  
casse: sed tamen omnino reseruantes  
sibi quædam in quibus delectentur,  
non animaduertentes Dominum simul & *luc. 11.*  
mutum & surdum à dæmonio liberasse. Per *mar. 7.*  
quod docet nos nisi de omnibus sanari. Si  
enim vellet peccata ex parte reseruari, ha-  
benti septem dæmonia, ei proficere potuit

sex expulsis. Expulit autem septem, vt omnia  
 crimina simul eiicienda doceret. Legionem  
 verò dæmonum ab alio eiiciens, nulum  
 reliquit de omnibus, qui liberatum possideret.  
 ostendēs quòd etsi peccata sint mille,  
 oportet de omnibus pœnitere. Tòtum enim  
 hominē sanauit in sabbato. Hostis enim Dei  
 est, qui offendit perseueranter. Innoc. item  
 ait: Admonemus fratres nostros, ne falsis  
pœnitentiis laicorum animas decipi, & in  
infernum pertrahi patiantur. Falsam autem  
pœnitentiam esse constat, cum spretis pluri-  
bus, de vno solo pœnitentia agitur: vel cum  
sic agitur pœnitentia de vno, vt non disce-  
datur ab alio. Ex quibus illorum error con-  
uincitur, qui pluribus irretitum peccatis as-  
ferunt de vno verè pœnitere, eiusdemque  
veniam à Domino consequi posse, sine alterius  
pœnitentia. Quod etiam auctoritati-  
tibus astruere conantur. Ait enim Prophe-  
ta. Non iudicabit Deus bis in ipsum. vel (vt alij  
trástulerunt) Non consurget duplex tribu-  
latio. Si ergo, inquit illi, aliquis sacer-  
doti fuerit confessus vnum de duobus vel  
pluribus peccatis, & de illo iniunctam sibi à  
sacerdote pœnitentiam satisfactione exple-  
uerit, aliis tacitis, pro illo peccato non am-  
pliùs iudicandus est, de quo satisfecit ad  
arbitrium sacerdotis, qui vicem Christi in  
Ecclesia gerit. Ideoq; si de eo iterù iudice-

Mar. 5.

Iob. 7.

de pœ.

di. 5. c.

fratres.

Nah. 1.

Hostis dei  
quispœnitentia  
falsa quæ  
1.

2

ob iustitia

*Voluptas.**4. 78. a.*

tur, bis in ipsum iudicat Deus: & confurget duplex tribulatio. Sed illud tantum intelligi oportet de iis qui presentibus suppliciis tantum commutantur in bonum, & sic perseverant. super quos non confurget duplex tribulatio. Qui vero inter flagella duriores & deteriores fiunt, ut Pharaon, presentibus aeterna connectunt, sec. illud, Duplici contritione contere eos domine.

*Exod.*

C A P. Secundum. Non potest quis de vno peccato satisfacere, in alio mortali existens.

*Satisfactio quid!*  
*252. a*  
*Sum.*  
*251. a. l. 1.*

Porro quod afferunt de satisfactione, responderi potest satisfactionem non fuisse: quia ille dignos fructus poenitentiae non fecit. Est enim satisfactio poenitentiae (ut ait August.) peccatorum causas excidere, nec suggestionibus eorum aditum indulgere. Vnde in peccato mortali permanentes, etsi eleemosynas largas faciant, non tamen per eas satisfaciunt: quia inordinate agunt, dum a se non incipiunt: quia qui diligit iniquitatem, odit animam suam. & qui non diligit animam suam, non est misericors ei, sed crudelis. Hac enim eleemosyna, quam sibi homo primitus debet, mundantur interiora. Ad quod hortans Christus ait, Mundate quae intus sunt. Immundis enim

*lib. de poenit.**32.**mat. 2.*

ad tit. 2 nihil est mundum, sed polluta sunt eorum  
 act. 14. mens & conscientia, vt ait Apost. Immundi  
 mat. 23 verò sunt omnes, quos non mundat fides,  
 qua creditur in Christum, de qua scriptum  
 est, Mundans fide corda eorum. Quòd si  
 in 1. ca. obiiciatur quod Hiero. ait: Si quando vide- *obuultio*  
 aggei. ris inter multa peccata quendam facere iu-  
 sta opera, non est tam iniustus Deus, vt pro-  
 pter multa mala obliuiscatur paucorum bo-  
 norum: sed faciet ea metere & in horrea *Od. 6.*  
 congregare, quæ bona in terra seminavit. *Solutio.*  
 Dicimus intelligendum de illo qui in chari-  
 tate quodam tempore bona facit, & bonus  
 est: alio verò tempore malus est, & multa  
 peccata facit. Non ergo intelligendum est  
 inter multa peccata eum iusta opera fecis-  
 se, quasi simul eodémque tempore pecca-  
 ta fecerit, & iusta opera: sed diuersis tem-  
 poribus vtraque fecisse. Nisi enim bonus  
 esset quando bona fecit, non diceretur in  
 terra bona seminasse. Destructis ergo ma-  
 lis post bona opera commissis, ~~priora bo-  
 na, in charitate scilicet facta, quæ subse-  
 quentia mala mortificauerant, pœniten-  
 tia de illis malis habita viuificantur, & re-  
 munerantur.~~ *23. a. b.*  
 Vnde Apost. Iacientes funda- *Opera mor-  
 tificata re-  
 uiviscunt.*  
 mentum pœnitentiæ ab operibus mor- *202. b.*  
 tuis. opera mortua nominans, priora bona *Opera mor-  
 tua. lib. 2. d. 11.*  
 significat, quæ per sequens peccatum erant *41. a. f. 160.*

mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc sicut peccando fuerunt irrita, ita per pœnitentiam reuiuiscunt, & ad meritum æternitatis prodesse incipiunt. Potest etiam intelligi de operibus bonis in mortali factis: quæ à Deo dicuntur remunerari & non dari obliuioni: non quòd proficiant ad vitam æternam, sed ad tolerabilius supplicium sentiendum.

DE POENITENTIA QVO  
ad partes suas integrales.

DISTINCT. Decimæ sextæ  
CAP. Primum.

Pœnitentia integratur contritione, confessione, & satisfactione.

*Pœnitentia  
integratur  
finita  
244. b.*

*f. 250. a. b.*

**C**Hrysoft. Perfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia libenter ferre. In corde eius contritio, in ore confessio, in opere tota humilitas. Hæc est fructifera pœnitentia: vt sicut Deum tribus modis offendimus. scilicet corde, ore, & opere (Sunt enim tres peccati differentie, ait August.) ita tribus modis satisfaciamus. Compunctio nobis comendatur, ibi: Scindit & eorda vestra. Confessio ibi: Iustus in principio sermonis accusator est sui. & ibi, Effundite coram illo eorda vestra. & iterum, Confitemini alterutrum peccata vestra. Satisfactio à Io-

de pe.  
di. 1. 6.

perfe-

ta pa.

de ser.

in mō-

te. li. 1.

lacl. 2.

Pro. 18

Psal. 61

Iac. 5.

mat 13

de ver.

et fal.

pœnit.

cap. 14.

Mat. 3. hanc præcipitur, ubi ait: Facite fructus di-  
de. ve. gnos pœnitentię: scil. ut sec. qualitatem cul-  
co. fal. pœ. sit qualitas & quantitas pœnæ, ut dicit  
pœnit. August. Pertraçter, inquit, secum quàm mul-  
ca. 14. ticipi actione vitij delectabiliter peccavit.

*cura  
vina*

Omnis ista varietas confitenda est & de-  
flenda, ut cum cognoverit quod peccatum  
est, citò inueniat Deum sibi propitium. In  
cognoscendo augmentum peccati, inueniet  
cuius ætatis fuerit, cuius sapientiæ & ordi-  
nis. Desleat enim, quoniam offendens in  
vno factus est omnium reus, tum quia in-  
gratus, tum quia omnis virtus patitur detri-  
mentum ab vno vitio. Ponat se omnino in  
iudicio & potestate sacerdotis, nihil sui re-  
feruans sibi: ut omnia eo iubente paratus sit  
facere pro accipienda vita animæ, quæ fa-  
ceret pro vitanda corporis morte. Et sicut  
sunt fructus aliqui digni pœnitentiæ, ac ve-  
ra satisfactio: ita sunt & fructus indigni, &  
falsa satisfactio: ut eorum qui officia sua si-  
ne peccato exercere non possunt. sicut do-  
cet Gregor.

*Inquisitio  
diligens ad  
confitendum  
necessaria.*

*l. 2.*

*l. 2. d. 1.  
si in l.  
dignus  
fructus indigni  
pœni  
l. 2.*

*de pœ.  
di. s. c.  
falsas.*

CAP. Secundum. Triplex est ge-  
nus pœnitentiæ.

**T**RIBUS modis agitur pœnitentiæ, ante  
baptismum scil. de prioribus peccatis,  
post baptismum, de grauioribus quæ  
post committuntur: & de venialibus, quæ est

II



## E P I T O M E

A humilium & perfectorum, ut dicit August.  
 1. De prima aiebat Petrus: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini, &c. Est etiam pœnitentia bonorum & humilium fidelium penè quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra. Neque ea dimitti à nobis volumus, quæ dimissa nobis in baptismo non dubitamus: sed illa, quæ humanæ fragilitati quanuis parua, tamen crebrò subrepunt: quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium an vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam per negligētium culpam impleat nauem, & submergatur? &c.

Et dicitur  
 malitiam  
 per se  
 malitiam  
 malitiam  
 malitiam

Peccata venialia multiplicata mortale gignunt.

Dimittit

CAP. Tertium. Venialibus satisfit per orationem dominicalem.

251. b. l. 10

August. in Enchirid. De quotidianis & breuibus leuibisque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana fidelium oratio satisfacit. Eorū enim est dicere, Pater noster qui es in cælis, &c. Delet enim hæc oratio minima & quotidiana peccata, &c. Sicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra: ita & veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debi-

toribus, id est sic fiat quod dicitur: quia & ipsa eleemosyna est, veniam petentibus omnino ignoscere. Ex iis iam facile est intelligere, quæ pro venialibus sit exhibenda satisfactio. Sufficit enim dominica oratio cum ieiunio & eleemosyna: sic tamen ut præcedat confessio aliquantula, & addatur confessio, si adsit facultas.

f. 251. l. 10.

DE CONFessione SACRAMENTALI.

DISTINCT. 17. CAP. Primum.

Peccata remittuntur contrito cum sola confessione & satisfactione sacramentali in voto.

**D**icunt quidam sine confessione oris & satisfactione operis neminem à peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit. Alij verò dicunt ante oris confessionem & satisfactionem in cordis contritione peccatū dimitti à Deo: si tamen votum cōfitendi habeat. vnde Proph. Dixi, cōfitebor domino aduersum me iniustitiam meā, &c. Quod exponens Cassiod. ait: Magna Dei pietas, qui ad solā promissionē peccatū dimiserit. votū enim pro operatione iudicatur. & alibi, Quacūq; hora ingemuerit peccator, vita viuet, &c. Quid ergo super his sentiendum? Sanè dici potest, quòd sine oris confessione, & solutione pœnæ exte-

a  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

rioris, peccata delentur per contritionem & humilitatem cordis. Ex quo enim proponit mente compuncta se confessurum, Deus dimittit: quia ibi est cordis confessio, etsi non oris, &c. Illa ergo quæ superius dicta sunt de confessione & pœnitentia, vel ad confessionem cordis, vel ad interiorem pœnam referenda sunt.

C A P. Secundum. *Ad salutem necessaria est sacramentalis confessio.*

*originitio fultu  
antiqui habent* <sup>a</sup> **Q**uibusdam visum est sufficere, si soli Deo fiat confessio sine iudicio sacerdotali, & confessione Ecclesiæ:

1. quia Dauid dixit, Dixi, confitebor domino, & tu remisisti, &c. non ait sacerdoti, & tamen remissum sibi peccatum dicit. *Item in c. 22 Luc.*
2. Ambro. Ideo fleuit Petrus, quia culpa obrepfit ei. Non inuenio quid dixerit, inuenio quod fleuerit. Lachrimas eius lego, satisfactionem non lego. *Item Chrysto.*
3. Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuses: sed obedire te volo Prophetæ dicenti, Reuela Deo vitam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata: apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientia tuæ memoria, &c. *Idem: Si confunderis alicui dicere peccata tua, dicito ea quotidie so. su.*

per il-  
lud, pec-  
catum  
meu c  
tra me  
&c.  
lib. de  
ve. &c.  
fal. po.  
cap. 10.  
Lu. 17.

de pec-  
di. i. c.  
quauis

peril- in animo tuo. Non dico vt confitearis ea  
 lud, pec cōseruo tuo, vt tibi exprobet: dicitō Deo,  
 catum qui curat ea, &c. Sed quōd sacerdotibus  
 meū cō confiteri oporteat, non solum illa auctori-  
 trame tate Iacobi, Confitemini alterutrum pecca-  
 etc. ta vestra, &c. sed pluribus aliorum testimo-  
 lib. de niis comprobatur. Ait enim August. Quem  
 ve. & pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem la-  
 fal. pœ. chrimis ostendat. Repræsentet vitam suam  
 cap. 10. Deo per sacerdotem, præueniat iudicium  
 Lu. 17. Dei per cōfessionē. Præcepit enim dominus  
 mundandis, vt ostenderent ora sacerdoti-  
 bus: docens corporali præsentia confiten-  
 da peccata, non per scripta manifestanda,  
 &c. Item Leo papa, Sufficit enim confes-  
 sio, quæ primum Deo offertur, & tunc etiam  
 sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium pec-  
 cator accedit. Tunc enim plures ad pœni-  
 tentiam poterunt prouocari, si populi auri-  
 bus non publicetur conscientia confitentis.  
 Ex iis alijsque pluribus indubitanter osten-  
 ditur, oportere Deo primùm, deinde sacer-  
 doti confessionē facere: nec aliter perueniri  
 posse ad ingressum paradisi, si adfit facultas.

*2<sup>a</sup> simili h. v.*

1

2

3

4

*Utrum laici non  
 possint  
 754. a.*

CAP. Tertium. Confessio fieri  
 potest laico.

*Confessio laicali*

**S**I tamen defuerit sacerdos, proximo vel  
 socio facienda est confessio. Sed curet  
 quisque sacerdotem quærere, qui sciat

ligare & soluere. Talem enim esse oportet, *mat. 16*  
 qui aliorum crimina diiudicat. Vnde Aug. *lib. de*  
 Qui vult confiteri peccata vt inueniat gra- *ve. ex*  
 tiam, quærat sacerdotem, qui sciat ligare & *sal. par.*  
 soluere, &c. Tanta itaq; vis cōfessionis est, *cap. 10*  
 vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Et  
 si ille cui cōfitebitur, potestatem non habeat  
 soluendi, fit tamen dignus venia ex sacerdo-  
 tis desiderio, qui crimē cōfitetur socio. Beda  
 verò inter cōfessionem mortalium & ve-  
 nialium distinguit super illum locū, Confite-  
 mini alterutrū peccata vestra. ait enim: Co-  
 æqualibus quotidiana & leuia, grauiora ve-  
 rō sacerdoti pandamus, & quāto iusserit tē-  
 pore purgare euremus; quia sine cōfessione  
 emendationis, peccata nequeūt dimitti. Sed  
 & grauiora coæqualibus pandēda sunt, cum  
 deest sacerdos, & vrget periculū. Venialia ve-  
 rō etiam sacerdotū ablata copia, licet confi-  
 teri coæquali, & sufficit (vt quibusdam pla-  
 cet) si tamen ex cōtemptu non prætermitta-  
 tur sacerdos. Tutius est tamen & perfectius  
 vtriusque generis peccata sacerdotibus pan-  
 dere, & consilium medicinæ ab eis quæ-  
 rere, quibus cōcessa est potestas ligandi atque  
 soluendi. Quærendus est autem sacerdos sa- *de par.*  
 piēs & discretus, qui cum potestate simul ha- *d. i. c.*  
 beat & iudiciū. Illud autē Chrysost. non ita *quos a-*  
 intelligēdū, vt liceat alicui (si tēpus habeat) *liquādo*  
 sacerdoti non confiteri: sed quia sufficit, vbi *ad.*

f. 250 a l.

\*

de variis qualis  
 quærendus  
 252. b.  
 25. b.  
 de variis arg  
 252. b.

de par.  
 d. i. c.  
 quos a-  
 liquādo  
 ad.

crimē occultū est, soli Deo per sacerdotem dicere, & semel: nec oportet publicari corā multis quod occultum est. quod notavit dicens, Nō tibi dico vt te prodas in publicum. Sicut enim publica noxa publico eget remedio, ita & occulta, secreta confessione & occulta satisfactione purgatur. Nec necesse est vt quod semel sacerdoti sumus confessi, iterum cōfiteamur, sed lingua cordis, non carnis, apud verum iudicem id iugiter confiteri debemus. Quōd verò dicit se lachrymas Petri legisse, non satisfactionem vel confessionem, per hoc non excludit illa. Multa enim facta sunt quæ scripta nō sunt. & fortē nondum facta erat institutio confessionis, quæ modo est. Si verò quæritur an confessio sit necessaria, quum contritione iam deletum sit peccatum: Dicimus quia quædam punitio peccati est, sicut satisfactio operis. Per confessionem etiam intelligit sacerdos qualiter debeat iudicare de crimine. Per eam quoq; peccator fit humilior & cautior. Est enim confessio testimoniū conscientie Deū timētis: Qui enim timet Dei iudiciū, peccatum non erubescit cōfiteri. Perfectus timor soluit omnem pudorem: confessio peccati pudorem habet: & ipsa erubescencia est grauis pœna. Ideoq; iubemur confiteri peccata, vt erubescenciam patiamur pro pœna. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicij.

II iiij

Abzofij.

Duglio

Co diuio

1. Confessio  
2. Confessio

Confessio sa  
redolens  
quæ

timor  
F. R. G. J.  
2 fo. b.

Erubescencia  
pars sa-  
tisfactionis

E P I T O M E  
DE CLAVIVM EFFECTV.

D I S T I N C T. Decimæ octauæ  
CAP. Primum.

Quibus dantur claus, ad effectus  
pares dantur.

251. b.

**A**mbrosius, Dominus par ius soluendi & ligandi esse voluit, qui vtrunque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet. de pæ.  
di. 1. c.  
verbū.

Vsus clauium.

Vsusverò harum clauium multiplex est, discernere scil. ligandos & soluendos, ac proinde ligare & solvere. Qui enim (vt ait Grego.) indignos ligat, vel soluit, propria potestate se priuat, id est dignum priuatione se facit.

254. b.  
255. a. 1. 2.  
258. a.  
261. b.  
263. b.

C A P. Secundum. Deus principaliter tollit reatum culpæ & pœnæ, Sacerdos autem ministerialiter.

o. 1. 1. 0.

254. a.

**Q**uidam arbitrati sunt, quòd peccator dupliciter ligatus teneatur (vt prædictum est) scil. mentis contagione ac cæcitate, & debito futuræ pœnæ. Alterum curari per Deum, alterum absolui per sacerdotem. Patitur enim per peccatum quasdam tenebras interiores & maculas, à quibus nisi liberetur, proiicietur in tenebras exteriores. Cùm autē liberatur ab iis, suscita matth. rur à morte peccati. Vnde Apost. Surge qui 22.

Eph. 5 dormis, & illuminabit te Christus. Solus enim Christus (non sacerdos) animam resuscitat: debitum verò æternæ pœnæ soluere concessit sacerdotibus. Quod in resuscitatione Lazari signatum asserunt: quem Christus prius per se interiùs viuificauit, deinde eum ligatum Apostolis soluendum præcepit. Alij verò dicunt solum Deum, non sacerdotem, debitum mortis æternæ dimittere: sicut & animam per se interiùs viuificat, qui per Proph. ait: Ego solus deleo iniquitates & peccata populi. Nec tamen diffitentur sacerdotibus traditam potestatem peccata dimittendi & retinendi, quibus dictum est, Quorum remiseritis, &c. Vnde Ambr. Verbum Dei dimittit peccata, sacerdos est iudex. Sacerdos quidem officium suum exhibet, nullius potestatis iura exercet. Idem: Ille solus peccata dimittit, qui solus pro peccatis nostris mortuus est. Nec ideo tamen negamus sacerdotibus concessam potestatem dimittendi ac retinendi peccata, quum hoc Veritas in Euâg. aperte doceat. Hic Aug. Sacerdotes possunt confitentibus parcere: quibus enim remittunt, remittit Deus. Lazarum enim de monumento suscitatum obtulit discipulis soluendum: per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Eccè quam varia à doctoribus traduntur super iis. & hac tanta varietate quid tenendum? Hoc sanè dicere ac

lb. 2. cap. 3. pag. 3.  
 8. de dit 5. pag.  
 1. b.

1

2

3



sentire possumus, quod solus Deus dimittit peccata ac retinet, & tamen Ecclesie contulit potestatem ligandi ac soluendi: sed aliter ipse soluit & ligat, aliter Ecclesia. Augu. *lib. de sacramentum gratie dat Deus etiam per malos: bap. paruu. cap. 6.* ipsam autem gratiam non nisi per seipsum vel per sanctos suos operatur. Et ideo remissionem peccatorum vel per seipsum facit, vel per ipsius columbae membra, quibus ait, Si dimiseritis, dimittetur.

CAP. 3. *Multipliciter intelligitur potestas ligandi & soluendi tradita sacerdotibus.*

1. **N**on autem sacerdotibus per se peccatum dimittendi concessit: quibus tamen tribuit potestatem soluendi & ligandi, id est ostendendi homines ligatos vel solutos. Vnde dominus leprosum sanitati prius per se restituit, deinde ad sacerdotes misit, quorum *mat. 8. Luc. 5.* iudicio ostenderetur mundatus. Ligat quoque sacerdotes, dum satisfactionem poenitentiae confitentibus imponunt: solvunt cum de ea aliquid dimittunt: vel per eam purgatos ad sacramentorum communionem admittunt. Est autem & alius modus ligandi & soluendi, qui per excommunicationem geritur, dum aliquis secundum canonicam disciplinam tertio vocatus ad emendationem manifesti delicti, & satisfacere vilipedes, sententia Ecclesiae a loco orationis, & sacramentorum *aug. li. de ver. & sal. pra.* communionem, & fidelium consortio praescinditur

2.  
3.  
Excömunio.

vt erubescat, & pudore sceleris pœniteat, vt sic spiritus eius saluus fiat, &c. Et secundū <sup>1.</sup> i. co. 5. hos ligandi & soluendi modos intelligendū est quod dicitur, Quodcūque solueris super <sup>2.</sup> mat. 16. terrā, &c. de illis, quorū merita solui vel ligari postulant. Tunc enim sentētia sacerdotis, iudicio Dei & totius caelestis curiæ approbatur & confirmatur, cū ita ex discretione procedit, vt reorum merita nō contradicāt. Sic patet, si peccatum omnino dimissum est à deo per cordis cōtritionem, ex quō pœnitens votum habuit confitendi, quod postea dimittatur ei à sacerdote.

*Quæ sint interiores tenebræ & interior macula.*

Cū enim quis mortaliter delinquit, & virtutis gratia priuatur, si qua præcessit, & naturalium bonorum elisionem patitur. Vnde & intellectus obtūditur, & totus homo interior obtenebratur, & ita quasi caligine quadam mens obuoluitur. quæ caligo, peccati pœna est *Macula* verò interior est, dū polluta quidem anima est, quousq; pœniteat, sicut erat dū in ea praua erat voluntas. Sicut enim qui *Voluntas praua.* tangit morticinium, ita pollutus est post contactum quousque lauetur, sicut fuit dum tangeret: Ita post actum peccati polluta remanet anima sicut in ipso peccati actu: quia ita est longè à deo per dissimilitudinem, &c. Et sic macula non est mala voluntas, nec pœnitendi contemptus. *Simile*

E P I T O M E  
DE CLAVIVM  
subiecto.

D I S T I N C T. decimænonæ  
C A P. Primum.

252. b. Non omnes sacerdotes habent  
250. a. l. 27. clauem scientiæ.  
258. b. l. 5.

**N**Am plerique ante sacram ordinatio-  
nem scientiã discernendi habent: plu-  
res post consecrationẽ ea carent. quia  
multi indiscreti, atque scientiæ qua eminere  
debent, expertes, sacerdotij gradum recipere  
præsumunt: ideo nec ante sacerdotium, nec  
post, scientiam habent discernendi qui li-  
gandi sint aut soluendi. Ideoque illam clauẽ  
in consecratione non recipiunt: quia semper  
scientia carent. Qui verò ante sacerdotium  
scientia discernendi præditi sunt, licet ha-  
beant discretionem, non tamen in eis clavis  
est, quia non valent ea claudere vel aperire.  
Ideo qui promouetur in sacerdotem, clauem  
discretionis rectè dicitur accipere: quia &  
antè habita discretio augetur, & fit in eo cla-  
uis, vt ea iam valeat yti ad claudendum vel  
aperiendum.

C A P. Secundum. Omnes sacerdotes  
habent clauem iurisdictionis.

**Q**uidam dicunt hanc clauem potesta-  
tis illis solis concessam, qui doctri-

nam simul ac vitam Apostolorum seruant.  
*mat. 16* Illas enim claves promisit Dominus Pe-  
*li. 5. cō.* tro eiusque imitatoribus tantum (vt aiunt)  
*donat. cap. 21* qui etiā auctoritatibus vtuntur in munimen-  
 tum suæ opinionis. Hoc enim dicunt Aug.  
 sensisse, vbi superius ait, Remissionem pecca-  
 torum vel per seipsum facit Deus, vel per co-  
 lumbæ membra, &c. Aliis autem videtur  
 (quod & mihi placere fateor) cunctis sacer-  
 dotibus hanc clauem dari, scilicet ligandi & sol-  
 uendi: sed non eam rectè ac dignè habent,  
 nisi qui vitam & doctrinam Apostolicam ser-  
 uant. Nec præmissæ auctoritates malos sa-  
 cerdotes hanc potestatem negant habere:  
 sed illos solos dignè ac rectè hac potestate  
 vt significant, qui præditi sunt vita & doctri-  
 na apostolica. Quòd verò hanc potestatem  
 habeant omnes sacerdotes, Hieron. testatur  
*mat. 16* super illum locum Euang. vbi dominus di-  
 xit Petro, Tibi dabo claves. Habèt enim, in-  
 quit, eandem potestatem iudiciariam alij a-  
 postoli: habet & omnis Ecclesia in episcopis  
 & presbyteris. Sed ideo Petrus eam specia-  
 liter accepit, vt omnes intelligant, quòd qui-  
 cunque ab vnitate fidei, & societate Ecclesie  
 se separauerit, nec à peccatis solui, nec cælum  
 potest ingredi. Item quòd sacerdos, etiam si  
 malus sit, gratiã tamen transfundit pro suæ  
 dignitatis officio, August. ostendit dicens, di-  
 ctum est à domino in Numeris ad Moysen

obstructioni  
 attazii  
 253. b.

Nota  
 v. m. r.  
 253. b.  
 253. b.

& Aaron sacerdotes: Vos ponite nomē meū *lib. q.*  
 super Filios Israel: & ego dominus benedicā *vet. te.*  
 eos: vt gratiā traditio per mysteriū ordinati *de illo*  
 transfundat hominibus, nec voluntas facer- *quod*  
 dotum obesse vel prodesse possit, sed meritū *habe-*  
 benedictionē poscentis. Quanta autē sit di- *tur nu.*  
 gnitas sacerdotalis officij & ordinis hinc *c. 6. q.*  
 aduertamus: Dictū est de nequissimo Cai- *II.*  
 pha inter cætera, Hoc autē à semetipso non *Ioh. II.*  
 dixit, sed cū esset pontifex anni illius, pro-  
 phetauit. per quod ostēditur Spiritū gratia-  
 rum non personam sequi digni vel indigni,  
 sed ordinē traditionis: vt quauis aliquis bo-  
 ni sit meriti, non tamē possit benedicere, ni-  
 si fuerit ordinatus, vt officij ministeriū ex-  
 hibeat. Dei autem est affectum tribuere be-  
 nedictionis. Hinc euidenter ostenditur ordi-  
 nem non priuari potestate tribuendi gratiā,  
 ob ministri indignitatem. Huic tamen Au-  
 gust. sententiæ obuiare videtur, quod ait Ese-  
 chius, Sacerdotes, inquit, non propria virtu-  
 te benedicunt, sed quia figuram Christi ge-  
 runt, & propter eū qui in ipsis est, plenitudi-  
 nem benedictionis tribuunt. Nec solū is  
 qui sacerdotium sortitus est, sed quicumque  
 Christū in seipso habet, & eius figuram ge-  
 rit, per conuersationem bonam sicut Mo-  
 ses, idoneus est vt benedictionem præstet.  
 Ecce hic habes quod non solū sacerdos,  
 sed omnis in quo Christus habitat, benedi-

Obiectio.

1.

tionem præstat. Sed alia est benedictio, *Dilutio.*  
 quæ solis sacerdotibus congruit: alia, quæ  
 ab omnibus bonis communiter exhibetur.  
 Denique illi sacerdotes, in quibus Christus  
 habitat, benedictionis plenitudinem tribue-  
 re dicuntur: non quia soli illi transfundat gra-  
 tiam, sed quia illi soli licite & dignè id agunt.

Præmissæ verò sententiæ, qua dicitur e- *Alia ob-*  
 tiam per malum ministerium sacerdotis transfunditur gratiam benedictionis, videtur obui- *iectio.*  
 re quod dominus per Malac. proph. malis sa-  
 cerdotibus comminatur, Maledicam benedi-  
 ctionibus vestris. & alibi, Væ his qui viuifi-  
 cant animas quæ non viuunt, & mortificant  
 animas quæ non moriuntur. Si enim male-  
 dicit dominus benedictionibus eorum, & si ani-  
 mæ quas viuificant, non viuunt, quomodo  
 gratia benedictionis transfunditur? *Sed il Dilutio?*  
 lud cap. Maledicam, &c. quidam referunt  
 ad hereticos, qui ab Ecclesia præcisi sunt: &  
 ad excommunicatos, quorum benedictiones  
 sunt maledictiones iis qui eorum sectantur  
 errores. Illud verò alterum, scil. viuificant,  
 &c. de sacerdotibus illis exponunt, qui ab- *v*  
 que clauæ scientiæ & formæ bonæ vitæ præ- *252. b. l. 12.*  
 sumunt ligare vel soluere. Sed nullus sacer-  
 dotis officio uti debet, nisi immunis sit ab il-  
 lis quæ in aliis iudicat: alioqui seipsum con-  
 demnat.

CAP. Tertium. Oportet iudicem  
Ecclesiasticum iustum esse  
& discretum.

1. **Q**ualem autem oporteat esse qui alio-  
rum iudex constituitur. August. descri-  
bit ita dicens, Sacerdos cui omnis  
offertur peccator, ante quem statuitur om-  
nis languor, in nullo eorum sit iudicandus,  
quæ in alio iudicare est promptus. Iudicans  
enim alium qui est iudicandus, condemnat  
seipsum. Cognoscat ergo se, & purget in se  
quod alios videt sibi offerre. caueat vt à se  
proiecerit quicquid in alio damnosum repe-  
rit, &c. Animaduertat quòd qui sine peccato  
est, primus in illam lapidem mittat, &c. *Ioh. 8.*

2. **Q**ueat spiritualis iudex sicut non commisit cri-  
men nequitie, ita non careat munere scien-  
tie. Oportet quòd sciat cognoscere quic-  
quid debeat iudicare. Iudiciaria enim pote-  
stas hoc postulat, vt quod debet iudicare dif-  
cernat. Diligens ergo inuestigator sapien-  
ter interroget à peccatore, quod forsitan  
ignorat, vel verecundia velit occultare. Co-  
gnito verò crimine, varietates eius non du-  
bitet inuestigare, & locum, & tempus, &c.

DE TEMPORE POE-  
nitentia.DISTINCT. Vigesima  
CAP. Primum.Vana  
vita.

Sintia.

*Pœnitentiæ tempus vsque ad vltimum vite suspirium durat.*

**L**eo papa, Nemo est desperandus, dū in hoc corpore constitutus est: quia quod diffidentia ætatis differtur, non nunquam consilio maturiore perficitur. August. tamen de pœnitentiâ differentibus ita scribit, Si quis positus in vltima necessitate, voluerit accipere pœnitentiâ, & si accipit, & mox reconciliatur, & hinc vadit: fateor vobis, nō illi negamus quod petit: sed non præsumimus, quia bene hinc exit, si securus hinc exierit, ego nescio. Pœnitentiâ dare possumus, securitatem, verò nō, &c. Sed cur hoc dixit August. quum pœnitentiâ quæ in fine agitur, in psalmo appelletur sacrificium vespertinum, quod in lege acceptabilius erat: & quum in quacunque die inuocetur Deus, adsit: & quacunque hora ingemuerit & conuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur? Sed illa dixit August. propter illos qui pœnitentiâ vsque in finem vitæ protrahunt: & tunc non ex Dei amore videntur pœnitere, sed timore mortis, quasi ex necessitate. Si tamen tunc vera habeatur pœnitentiâ, hominem liberat, & vitam mortuo impetrat. non sic tamen vt nullam sentiat pœnitentiâ: nisi fortè tanta sit vehemētia gemitus & contritionis, quæ sufficiat ad delicti pu-

KK

*August. 259. a. l. 8. 9*

*207*

*Timor  
Pœnitentiæ  
210. a*



nitionem. ~~Licet ergo sit difficile~~, vt tunc sit vera pœnitentia, quæ tam sera venit, quando cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, vt vix homo aliquid cogitare valeat, melior tamẽ est sera, quàm nulla. Pœnitentia enim etsi in extremo vitæ hiatu aduenit, sanat & liberat. Multum sera fuit latronis pœnitentia: sed non fuit sera indulgentia. Sed licet latro veniã meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptisatis peccandi & perseverandi authoritatem.

C A P. Secundum. *Post mortem quandoque pœna exoluenda in purgatorio superest.*

I Dem dicendum de his qui hinc transeunt incompleta pœnitentia, atque de illis qui in extremis pœnitent. Si enim fuerit tanta cordis contritio, & delicti exprobratio, vt sufficiat ad puniendum peccatum, liberi ab iis pœnis transeunt ad vitam, etsi inexplata fuerit pœnitentia: quia perfecte pœnituerunt, & ingemuerunt corde. Qui vero non adeo conteruntur corde, & pro peccato ingemiscunt, si ante completam pœnitentiam discesserint, ignem purgatorium sentient, & grauis punientur, quàm si hic impleissent pœnitentiam: Horrendum He. 10 est enim incidere in manus Dei viuentis.

*Quis purgatorium sentit.*

Deus enim quum sit misericors & iustus, ex misericordia pœnitenti ignoscit, non reseruans peccatum ad pœnam æternam: ex iusticia verò impunitum non dimittit peccatum. Aut enim punit homo, aut Deus. homo autem punit pœnitendo, Deus autem pœnã exigendo. Et est pœnitentia interior & exterior. Si ergo tanta fuerit pœnitudo, vt sit sufficiens vltio peccati, Deus qui hoc nouit, ab eo qui taliter pœnitet, vltius pœnam non exigit. Si verò interior pœnitudo non sufficit in vindictam peccati, nec exterior pœnitentia impletur: Deus qui modos & mensuras peccatorum & pœnarum nouit, addit pœnam sufficientem. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat pœnam tolerare. Idem dicendum de illo, cui sacerdos indiscretus iniungit paruum pœnitentiam, quod supra de illo qui pœnitentiam non compleuit. Quòd si tantum est lamentum interioris doloris, vt sufficiat in vindictam peccati: omnino liberatus est. Si verò non sufficit dolor interior simul cum pœna iniūcta, addit Deus pœnam.

C A P. Tertium. Vehementia contritionis interdum tollit omnem pœnam.

KK ij

misericus & iustus  
Deus

pœnitentia interior  
& exterior  
24. b.

252. b.

234. b.

**D**E hoc certum habemus documen-  
tum in illo latrone, qui sola mentis cō-  
tritione & cōfessione statim vt con-  
uerfus fuit, paradifum ingredi meruit. Sed  
quia dispensatores Ecclesiæ, cōtritionis quā-  
titate perpendunt, quibus non est datū intel-  
ligere occulta cordiū: omnibus leges pœni-  
tentiaē cōstituunt, tam magis q̄ minus de pec-  
cato dolentibus, quorū studium ad hoc præ-  
cipuè tendere debet, vt cordis dolorē (quā-  
tum fas est) cognosceant, & fec. ipsius mo-  
dum pœnitentiæ iniungant. Ideo dicit Aug. *Enchi.*  
Rectè constituuntur ab iis qui Ecclesiæ præ- *ca. 65,*  
sunt, tempora pœnitentiæ agendæ, vt ipse  
satisfaciat etiam Ecclesiæ, in qua peccata ip-  
sa remittuntur.

235. a.

C A P. 4. *Morientibus non est pœnitentia  
imponenda, sed innotescenda.*

**T**heodorus Cantuariēs. episc. in pœnitē-  
tiali suo sic ait: Ab infirmis in pericu- *26. q. 7*  
lo mortis positis, pura inquirēda est eō *c. ab in-*  
fessio peccatorū: non tamen illis imponēda *firma.*  
1. pœnitentiæ quantitas, sed innotescenda, & cū  
2. animorū orationibus, & eleemosynarū largi-  
tionibus, pondus pœnitentiæ subleuandū, si  
fortè migrauerint. Si verò conualuerint, pœ-  
nitentiæ modū à sacerdote impositū diligen-  
ter obseruent. Aliis verò pro qualitate pec-  
cati pœnitentia decernenda est præfiden-  
tium arbitrio.

CAP. 5. In necessitatis articulo non est  
neganda pœnitentia vel  
reconciliatio.

**L**eo papa: His qui tempore necessitatis  
& periculi vrgentis instantia, præfidiū  
pœnitentiæ & mox recōciliationis im-  
plorant, nec satisfactio interdicenda est, nec  
reconciliatio deneganda: quia misericordiæ  
Dei nec mēsuras ponere possumus, nec  
tempora designare. Quòd si ita aliqua ægri-  
tudine aggrauati sunt, vt quod paulò antè  
poscebant, sub præfenti significare nō valeāt,  
testimonia eis fidelium circumstantium pro-  
desse debent: simulq; pœnitentiæ & recō-  
ciliationis cōsequantur beneficium. Idem di-  
cit Iulius papa. Non debet tamen presbyter  
pœnitentem reconciliare, inconsulto episcopo,  
nisi vltima cogat necessitas. vt in Conc.  
Carthagin. statuitur.

CAP. 6. Qui morte præuenitur, Ecclesiæ  
suffragiis non est priuandus.

**A**panense Conc. Si aliquis fuerit mor-  
tuus qui non sit confessus, & testimo-  
nium habet bonum, & non poterat ve-  
nire ad sacerdotem, sed præoccupauit eum  
mors in domo vel in via, faciant pro eo pa-  
rentes eius oblationem ad altare, & dent re-  
demptionem pro captiuis.

KK iij

334  
257. A. 17.  
240. A. 1. 15. 16.  
2174.

\*  
E. 18.  
33.  
ibid. c.  
si pres-  
byter.  
26. q. 6  
c. cogno-  
uimus.

EPI T O M E  
DE REMISSIONE PECCATORUM post mortem.

D I S T I N C T. Vigesima primæ  
C A P. Primum.

298. f.

Post hanc vitam aliqua remittuntur peccata.

**I**stud Christus ostendit in Euang. vbi ait, <sup>mat. 12.</sup>  
Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non <sup>Gre. 2.</sup>  
remittetur ei, neque in hoc seculo, neque <sup>dial. c.</sup>  
in futuro. Ex quo datur intelligi (sicut sancti <sup>qualis.</sup>  
doctores tradunt) quòd quædam peccata in  
futuro remittentur. Quædam enim culpæ in  
hoc seculo relaxantur, quædam verò pœnæ  
etiam in futuro: quæ quidem post mortē gra  
uant, sed dimittuntur, si digni sunt, si bonis acti  
bus in hac vita meruerunt vt dimittantur  
eis. De illis etiam qui ædificant lignum, fœ  
num, stipulam, dicit August. quòd ignem tri  
bulationis transitoria inuenient, cremabilia <sup>I. cor. 3</sup>  
ædificata, quæ secum portauerunt homines <sup>si. 12. de</sup>  
cremantes. Ait enim sic: Post illius sanè <sup>civi. dei</sup>  
corporis mortem, donec de illo purgatorio <sup>ca. 26.</sup>  
igne veniatur ad diem damnationis & re  
munerationis, si hoc temporis interuallo spi  
ritus defunctorum, qui ædificauerunt lignū,  
fœnum, stipulam, huiusmodi ignem dicantur  
perpeti, quem alij non sentiunt, qui hu  
iusmodi ædificia non portauerunt, vt inue  
niant ignem transitoria tribulationis venia-

Enc.  
cap.  
\*

lia concremantem: non redarguo: quia for-  
 fitan verum est. Sed quia dicitur, Saluus erit  
 quasi per ignem: contemnitur ille ignis. Gra-  
 uior tamen erit ignis ille, quàm quicquid ho-  
 mo pati possit in hac vita.

CA P. Secundum. In <sup>emendatorio</sup> purgatorio  
 alij citius, alij tardius  
 purgantur.

*lib. 2. cap. 21  
 f. 199. a.  
 2201. b.*

Enchi.  
 cap. 69



**A**vgust. Post hanc vitam incredibile non  
 est nonnullos fideles per ignem quen-  
 dam purgatorium, quanto magis mi-  
 nusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tar-  
 dius citiusque saluari. Vnde non frustra illa  
 tria distinxit Apost. lignum, fœnum, stipu-  
 lam, quæ illi ædificant: qui etsi aliena non  
 rapiant, rebus tamen infirmitati concessis,  
 aliqua dilectione inhærent. Qui secundum  
 suos amandi modos, vel diutius, vt lignum:  
 vel minus, vt fœnum: vel minimum, vt sti-  
 pula, ignem sustinebunt. Qui verò superæ-  
 dificant aurum, argentum, & lapidem precio-  
 sum, de vtroq; igne securi sunt: non solum de  
 illo æterno, qui cruciaturus est impios in æ-  
 ternum: sed etiam de illo emendatorio, quo  
 purgabuntur quidam saluandi. Quod si obi-  
 cias: Quia cum nullus adeo perfectus sit qui  
 venialiter non peccet: sequitur qd qui ædifi-  
 cant aurum, argentum, lapidem preciosum,  
 ædificant etiam lignum, fœnum, stipulam,

*Obiectio.*

KK iiij

Dilutio.

ergo per ignem transibūt. quoniam per illa, venialia intelliguntur: per ista autē, bona opera. Ad quod dicimus, quod non idem homo simul hæc & illa edificat. Ista enim ædificatio perfectorum tantum est, qui non cogitant placere mundo, sed tantum Deo. Qui etsi venialiter aliquando peccent, feruore charitatis ita eis absumitur peccatum, sicut gutta aquæ in camino ignis. Et ideo nunquam secum portant cretabilia. Illa verò ædificatio inferior, minorum est, qui non tantum Deo, sed etiam mundo placere cogitant, Deum tamen præponunt. Si verò mundum præponerent, non superædificaret, sed destruerent fundamentum.

C A P. Tertium. Non solum venialia remittuntur in purgatorio, quo ad penam, sed quo ad culpam.

Sed forte dices illud accipiendum de pena peccati, non de ipso peccato: quia si verè penitens obiit, verè sine peccato transit. Si autem non verè penituit in obitu, maculam portat quæ nunquam delebitur. Qui verò ædificat lignum, fœnum, stipulam, verè penitet, quia bonus est & charitatem habet, & in charitate de hac vita transit: ergo sine peccato transit, quod tamen non sequitur. Verum quidem est quia bonus est, & charitatem habet, & verè penitet: & tamen cum veniali peccato transit, quod non deleuit penitentiam.

lib. 2. de A. 24.  
23. f. 129. a.

Adipratio  
inferior.

Ingenitum  
244. b.

\* pœnitentia enim nō delet nisi peccatum illud quod homo deferit. Tale autem peccatum sæpe in hac vita non relinquitur ab homine, & tamen verè pœnitens est, etsi non de omnibus venialibus pœniteat. Potest enim quis de omni mortali & de veniali pœnitere, excepto vno veniali vel pluribus. Sicut habet quis charitatem, & vnum vel plura venialia. quod de criminalibus nullatenus esse potest.

f. 249 a l. 14.  
247. b.

C A P. Quartum. Peccata mortalia  
sigillatim sunt confitenda,  
venialia verò generali-  
ter sufficit confiteri. 245. b.

*mal.*  
**O**Mnia criminalia saltem semel in confessione oportet exprimi, nisi aliqua à mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit omnia, generaliter saltem ea confitere quorum memoriam habes. & sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia verò (vt ait August.) quia innumerabilia sunt, sufficit generaliter confiteri, nisi aliqua sint frequenter iterata. Perfectius tamen est etiam illa exprimere, si vales. Ideoque quotidie fit in Ecclesia confessio generaliter, pro venialibus scil. peccatis quæ quotidie admittimus, & pro illis mortiferis quorum memoriam seu noticiam non habemus. Cauendum tamen ne quis sicut per super-

*In quĩ  
to re-  
spons.  
cõ. Pe-  
lag.*

*Confite-  
nis omni-  
bus  
249. a. b.*



biam celare peccatum quandoque contingit, humilitatis causa se reum illius fateatur, quod se non commisisse noscit: quia incauta est talis humilitas, & peccatorem constituit. vt dicit Aug. de verb. Apost.

Serm.  
29.

CAP. Quintum. Peccata audita sub sigillo sacerdos teneat.

252. b. **C** Rego. Sacerdos ante omnia caueat, ne de iis qui ei confitentur, peccata alicui de pœ. recitet, non propinquis, non extraneis, d. 6. c. nec (quod absit) pro aliquo scandalo. Nam sacerdos. si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinâdo pergat. *suprà*

CAP. Sextum. Proprio sacerdoti peccata confitenda sunt.

di. 19.  
cap. 3.  
16. q.

251. b. **Q**uod verò dictum est, vt pœnitēs eligat sacerdotem scientem soluere & ligare, videtur cōtrarium ei quod in canonibus reperitur, vt. s. nemo alterius parochianum iudicare præsumat. Sed aliud est fauore vel odio proprium sacerdotem cōtemnere, quod canones prohibent: aliud, cæcum vitare, quod Urbanus facere monet, ne si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadant. Ait enim Urban. 2. Placuit vt nulli sacerdotum deinceps liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pœnitentiâ suscipere, sine eius cōsensu, cui se prius cōmisit.

hur. d.

nisi pro ignorantia illius cui prius confessus est. Qui verò contra hoc facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

DE REMISSIONE PECCATORUM ante mortem.

DISTINCT. Vigesimaecundæ  
CAP. Primum.

*Peccata semel remissa, per sequens peccatum redire, problema est.*

**H**uius quæstionis solutio profectò obscura est & perplexa, aliis asserētibus, aliis cōtrà negātibus peccata semel dimissa, vlteriùs replicari ad pœnā. *Qui verò* dicūt peccata dimissa redire, subditis se muniunt testimoniis. Ambr. ait: Donate inuicē, si alter in alterū peccat, alioqui Deus repetit dimissa. Rabā. Seruū nequā tradidit De⁹ tortorib⁹, quoadusq; redderet vniuersum debitū: quia nō solūm peccata quæ post baptismū homo egit, reputabūtur ei ad pœnā: sed etiā originalia, quæ sunt ei in baptismo dimissa. Idē Aug. & Beda affirmant. *Quibus opponitur:* Si quis pro peccato de quo pœnituit, & indulgētiā accepit, iterū punitur, nō videtur iustū. Si punitur, p eo quod peccauit, & nō emēdauit, iustitia est aperta. Si verò requiritur quod fuerat condonatū, vel iustitia non est, vel iustitia occulta. *Videtur etiam*

mat. 18  
de pœ.  
dist. 4.  
aug. in  
quadā  
ho. lu. 6  
Beda.  
sup. lu.  
lib. 4.  
c. 47.

ad inuicē

1. 2.

270 a

1

2

1

2

Deus bis in ipsum iudicare, & duplex tribulatio consurgere. quod scriptura negat. Sed ad hoc potest dici, quod neque duplex tribulatio consurgit, neque iudicat Deus bis in ipsum. Hoc enim fieret, si post condignam satisfactionem & sufficientem pœnam iterum puniret: sed non satisfacit dignè & sufficienter, qui non perseveravit. Debuit enim iugem peccati habere memoriam, non ad faciendum, sed cavendum. Debuit non obliuisci omnes retributiones Dei, quæ tot sunt, quot peccatorum remissiones. Tot ergo debuit dona Dei cogitare, quot mala sunt, ac pro illis usque in finem gratias agere. Sed quia ingratus ad vomitum, ut canis, rediit, antè acta bona mortificauit, & peccatum dimissum euocauit: ut cui humiliato antè Deus peccatum dimiserat, eidem postea elato & ingrato imputet. Sed quia absolum videtur, ut peccata dimissa, iterum imputentur, placet quibusdam neminem pro peccatis semel dimissis, iterum à Deo puniri. Vtrique parti quæstionis probati fauent doctores. Ideoque alicui parti non præiudicans, studioso lectori iudicium relinquo.

CAP. Secundum. Exterior pœnitentia & interior sunt sacramentum, & res sacramenti. 123. ^

Solutio  
rotundiora

123. 123. 123.  
123.

Vidam dicunt in pœnitentiæ actione  
 Quid esse sacramentum quod exterius  
 tantum geritur, scil. exterior pœ-  
 nitentia, quæ est signum interioris pœni-  
 tentiæ, scil. contritionis cordis & humilita-  
 tis. Quod si ita est, non omne sacramen-  
 tum Evangelicum id efficit quod figurat:  
 quia exterior pœnitentia non efficit interio-  
 riorem, sed potius econtrario. Sed ad hoc  
 inquirunt illi, hoc esse intelligendum de illis  
 sacramentis, quæ ante tempus gratiæ non  
 fuerunt instituta: vt sunt Baptismus, Confir-  
 matio, Eucharistia. Secus de coniugio &  
 pœnitentia, quæ à primordio generis hu-  
 mani fuerunt instituta. Quidam autem di-  
 cunt exteriorem pœnitentiam & interio-  
 rem esse sacramentum: nec duo sacramen-  
 ta, sed vnum: vt species panis & vini in Eu-  
 charistia. Et sicut in sacramento corporis,  
 ita etiam in hoc dicunt aliud esse tantum  
 sacramentum, scil. exteriorem pœniten-  
 tiam: aliud sacramentum & rem, scil. interio-  
 riorem pœnitentiam, aliud rem & non sa-  
 cramentum, scil. remissionem peccatorum. In-  
 terior enim pœnitentia & res est sacramen-  
 ti, id est exterioris pœnitentiæ, & sacramen-  
 tum remissionis peccati, quam signat & fa-  
 cit. Exterior quoque pœnitentia & interio-  
 ris signum est, & remissionis peccatorum.

1  
1. opinio2. Ab.  
22. f. b.Solutio  
pœnitentiæoburho  
22. f. b.Solutio  
1.a  
2

EPITOME  
DE SACRAMENTO EX-  
tremæ Vnctionis.

DISTINCT. Vigesimaltertiæ  
CAP. Primum.

*Triples est Vnctio.*

**P**ræter præmissa est etiã aliud sacramẽ-  
tum. s. Vnctio infirmorũ, quæ fit in ex-  
tremis, in oleo per episcopum cõsecra-  
to. Et sunt tria genera vnctionis. Est enim  
vnctio quæ fit chrismate, quæ dicitur prin-  
cipalis vnctio: quia in ea principaliter para-  
cletus datur. Vnde & propter abundan-  
tiam gratiæ duos liquores mistos habet, o-  
leum icil. & balsamũ. Chrisma verò græcè,  
vnctio Latinè dicitur. Nec tamen omne o-  
leum ad vnctionem sanctificatum, chrisma  
vocatur: sed illud solum quod miscetur cum  
balsamo, quo regum & pontificum capita  
inunguntur, quo etiam baptizatos sacer-  
dos vngit in vertice, & pontifex per impo-  
sitionem manus cõfirmandos vngit in frõ-  
te. Est & alia vnctio, qua cathecumeni &  
neophyti vnguntur in pectore & inter sca-  
pulas in perceptione baptismi. Tertia verò  
vnctio est, quæ dicitur oleum infirmorum.  
de qua nunc agitur.

CAP. Secundum. Sacramentum Vnctio-  
nis ab Apostolis institutum est.

*Materia  
sacram. ex-  
tremæ Vn-  
ctionis.*

*1. p. 2. b. g  
ap. 1. p. 1.*

*1.  
2.*

*3.*

Iac. vi.

**A**it enim Iacobus: Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini, & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis fuerit, dimittentur ei. *In quo ostenditur duplici ex causa sacramentum hoc esse institutum, scilicet ad peccatorum remissionem, & ad corporalis infirmitatis alleuiationem, si tamen expedit ut in utroque alleuietur, si expediat. Sacramentum est ipsa unctio exterior: Res sacramenti, unctio interior, quae peccatorum remissione & virtutum ampliacione perficitur. Et si ex contemptu vel negligentia sacramentum hoc praetermittitur, periculosum est & danabile.*

*Duplex est effectus huius sacramenti.*

CAP. 3. *Hoc sacramentum est iterabile.*

**T**amet si sacramentum baptismi, confirmationis, & ordinis, nullatenus sint repetenda: hoc tamen sacramentum, ut sacramentum corporis, poenitentiae, & coniugij, iteratur. *Si enim morbus non potest cohiberi, quare medicina debet prohiberi? Sicut oratio iterari potest, ita & unctio iterari posse videtur. utraque enim illic commemorat Iacobus, & utrumque alteri cooperatur ad conferendam alleuiationem corporis & anime, &c.*

DE SACRAMENTO  
Ordinis.

DISTINCT. 24. CAP. Primum.

Haec de  
sacramētis  
quae ordinā  
tur ad re-  
mediū vni<sup>9</sup>

psone, nunc  
determinā-  
dum de sa-  
cramētis or-  
dinatis ad  
remediū to-  
tius Eccle-  
siae, & pri-  
mò de sa-  
cramen. or-  
dinis, quod  
ordinatur  
ad multipli-  
cationē spi-  
ritualem.  
Cur septem  
sunt sacri  
ordines.

lib. 3. di. 1.  
37. f. 209  
b.

287. a.

Primus  
ordo.

Septem sunt spiritualium officiorum  
gradus siue ordines Christi  
exemplo demonstrati  
& instituti.

Nunc ad considerationem sacrae ordi-  
nationis accedamus. Septem sunt spi-  
ritualium officiorum gradus siue or-  
dines: sicut ex sanctorum patrum dictis a-  
pertè traditur, & capitis nostri Iesu Christi  
exemplo demonstratur, qui omnium officia  
in seipso exhibuit, & corpori suo quod est  
Ecclesia, eosdem ordines obseruandos re-  
liquit. Septem autem sunt, propter septiformem  
gratiam Spiritus sancti, cuius qui non  
sunt participes, ad gradus ecclesiasticos in-  
dignè accedunt. Illi verò, in quorum men-  
tibus est septiformis gratia Spiritus sancti,  
cum ad ecclesiasticos ordines accedunt, in  
ipsa spiritualis gradus promotione amplio-  
rem gratiam percipere creduntur. Et hi or-  
dines sacramenta dicuntur: quia in eorum  
perceptione res sacra, id est gratia, confer-  
tur, quam figurant ea quae ibi geruntur. In  
sacramēto ergo septiformis spiritus, septem  
sunt gradus Ecclesiastici. s. Ostiarij, Lecto-  
res, Exorcistae, Acolyti, Diaconi, Subdiacono-  
ni, Sacerdotes. Tales enim decet ministros  
Christi esse, qui septiformi gratia Spiritus  
sancti sint decori, &c. Ostiarij, iidem & Ia-

hug. li.  
2. par.  
3. c. 4.

1. par. 26.

nitores sunt, qui in veteri testamento electi *Ostiarij*  
sunt ad custodiam templi, vt non ingrede- *actus.*  
retur in illud immundus. Dicti autem Ostia-  
rij, quod præfint ostiis templi. Ipsi enim te- *Figura.*  
nentes clauem, omnia intus & extrâ custo-  
diunt, & iudicium habentes, bonos recipiunt, *Modus or-*  
indignos autem respuunt. Vnde & eis cum *dinandi.*  
ordinantur, dantur claues ab episcopo, &  
dicitur eis: Sic agite, tâquam rationem Deo  
reddituri pro rebus quæ clauibus istis reclu-  
duntur. Hoc officium Dominus in sua per-  
sona suscepit, quando flagello de funiculis  
facto, vendentes & ementes deiecit de tem-  
plo. Ipse enim se ostiarium significans, dicit: *Institutio*  
Ergo sum ostiũ: p me si quis introierit, sal- *ordinis.*  
uabitur, & ingredietur, & egredietur, & pa-  
sca inueniet. *Secundus est gradus Lecto-* *Secundus*  
rum. Lectores à legendo, sicut Psalmistæ à *ordo.*  
psalmis canendis, vocati sunt. Illi enim præ-  
dicant populis quid sequantur: isti cãtant  
quo ad compunctionem animos moueant.  
Ad Lectorem autem pertinet lectiones pro-  
nũciare, & ea quæ Prophetæ vaticinati sunt,  
populis prædicare: vt iam ex officio in Ec-  
clesia legat prophetas & lectiones. Vnde &  
ei, vidente populo, traditur ab episcopo co-  
dex diuinarũ lectionum, & dicitur: Accipe,  
& esto verbi Dei zelator, habiturus (si fide-  
liter expleueris officiũ) partem cum iis qui  
verbum Dei ministrauerunt. *Qui ad hunc*



gradum prouehitur, litterarum sciētia debet esse instructus, vt sensum verborum intelligat, vim accentuum sciat, distinctè legat, ne confusione prolationis intellectum auditoribus auferat, &c. Hoc officiū Christus impleuit, cū in medio seniorum librum Esaię aperiens, distinctè ad intellgendum legit, *Institutio.* Spiritus domini super me, &c. Hic ordo formam & initium à Prophetis accepisse videtur, quibus dicitur, Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuā. *Figura.* Tertius est ordo Exorcistarū, qui Latine adiurantes vel increpātes vocātur. Inuocāt enim super cathecumenos & super eos qui habēt spiritum immundum, nomen domini, adiurantes per eam vt egrediatur ab eis. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manūque super energumenos & cathecumenos in exorcizando imponere. *Tertius ordo.* Debet autem habere spiritum mundum, qui spiritibus immundis imperat, & malignum expellere de corde suo, quē expellit de corpore alieno: ne medicina quam alij facit, sibi non profit, & dicatur ei, Medice cura teipsum. *Actus.* Hi cū ordinantur, accipiunt de manu episcopi librum exorcismorum, & dicitur eis, Accipite & habetote potestatem imponendi manus super energumenos vel cathecumenos. *Modus ordinandi.* Hoc officio vsus est Dominus, quando saliuā suā tetigit aures & linguam surdi & muti, di-

esa. 58.

Isid.

d. 21. c.

cleros.

de cōse.

d. 25. c.

plectus

luc. 4.

d. 13. c.

exorc.

sta.

mar. 7

mat.

luc. 8.

d. 21.

dero.

luc. 1.

Isid.

ibid.

d. 21.

deri.

Ioh.

d. 25.

plec.

Ioh. 8.

exo. 2.

leuit.

cens : Effeta , quod est adaperire. per hoc *Institutio*  
 docēs nos spiritualiter debere aperire aures  
 precordiorum hominum ad intelligendum,  
 & ora ad confitendum : vt pulso dæmone,  
 Spiritus sanctus vas suū recipiat. Hōc etiam  
 officio Christus vsus est , cū dæmoniacos  
*mat.8.* multos sanauit. Hic ordo videtur à Salo- *Figura.*  
*luc.8.* mone descendisse, qui quendam modum  
*d.21.c.* exorcisandi inuenit, quo dæmones adiura-  
*deros.* ti ex obsessis corporibus pellebantur. Huic  
 officio mancipati, Exorcistæ vocati sunt. de  
*luc.11.* quibus Christus in Euang. Si ego in Beelze-  
 bub eiicio dæmonia, filij vestri, scil. exorci-  
*Isid.* stæ, in quo eiiciunt ? *Quarto loco succe-*  
*ibid.* dunt Acolyti. Acolyti verò Græcè, Latinè *Quartus*  
*d.21.c.* Ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis *ordo.*  
*deri.* quando legendum est Euangelium, vè sa-  
 crificium offerendum, ad signum letitię de-  
 monstrandum : vt sub typo luminis corpo-  
*Ioh.1.* ralis illa lux ostendatur, de qua legitur Ioh.  
*d.25.c.* 1. Erat lux vera quæ, &c. Ad Acolytum per-  
*plectis* tinet præparatio luminarium in sacrario.  
 Ipse cereum portat : ipse vrceolum cum vi-  
 no, & aqua suggesta, pro Eucharistia sub-  
 diaconis præparat. Hi cū ordinantur,  
 ab Archidiacono accipiunt candelabrum  
*Ioh.8.* cum cereo, & vrceolum vacuum. Hoc of-  
*exo.27* ficiū se habere testatur Dominus, di-  
*leuit.6* cens : Ego sum lux mundi. qui sequitur *Institutio.*  
 me, &c. Huius officij formam illi gerebant

in vet. testam. qui lucernas candelabri com-  
ponebant, & accendebant igne cælesti, ad  
illuminandas tenebras aquilonares.

Quintus  
ordo.

Quintus est ordo Subdiaconorum: græcè <sup>d. 21. c.</sup>  
Hypodiacones vocantur, quos nos Subdia- <sup>cleros.</sup>

Figura.

quia subiacent præceptis & officiis Leuita-  
rum. Oblationes enim in templo à fidelibus  
suscipiunt, & leuitis superponendas altari-  
bus deferunt. Hi apud Hebræos Nathinæi  
vocabantur, id est in humilitate seruientes.  
Ad subdiaconum pertinet calicem & pate-  
nam ad altare Christi deferre, aquam epi-  
scopo, presbyteris, & leuitis, lauandis mani-  
bus præbere. His lex continentia imponi-  
tur: quia vasa corporis & sanguinis Domini  
portant, &c. Hi cum ordinantur, accipiunt

Institutio.

de manu episcopi patenam & calicem va-  
cuum, ab archidiacono verò vrcolum cum  
aqua manili, & manutergium. Hoc offi-  
cio usus est dominus, quando linteo se præ-  
cinxit, & mittens aquam in pesuum, discipu-  
lorum pedes lauit, & linteo tersit. <sup>hug. li.</sup>

Sextus ordo.

diaconorum ordo sextum tenet locum, propter <sup>2. par.</sup>  
senarij perfectionem. Hic ordo in vet. <sup>3. c. 16.</sup>  
testa. à tribu Leui nomen accepit. Dicun- <sup>Nu. 3.</sup>  
tur enim & Leuitæ. Quam tribum Deus <sup>d. 21. c.</sup>  
ordinari voluit per Mosen, & consecrari ad <sup>p. lectis</sup>  
diuini cultus mysteria. A 25. annis & supra  
iussi sunt seruire in tabernaculo: quam re-

gulam sancti patres in nouo testam. consti-  
tuerunt, quia hæc ætas ad ferenda onera est  
robusta. Hi græcè Diacones, Latine mini-  
stri dicuntur: quia sicut in sacerdote conse-  
cratio, ita & in diacono mysterij dispensa-  
tio habetur. ideo ad diaconum pertinet as-  
sistere sacerdotibus, & ministrare in omni-  
bus quæ aguntur in sacramentis Christi,  
scil. in baptismo, chrismate, i patena, calice,  
oblationes quoque inferre & disponere in  
altari, componere etiam mensam Domini,  
& vestire, crucem ferre, & prædicare Euan-  
gelium & epistolam ad populum, &c. Hic  
ordo ab Apostolis celebratus est, quando se-  
ptem viros Spiritu san. ad hoc officium ele-  
gerunt. Hi cum ordinantur, solus episco-  
pus eis manum imponit, quia ad ministe-  
rium applicantur: ponit eis orarium, id est  
stolam, super læuum humerum, vt per hoc  
intelligant se accepisse iugum Domini sua-  
ue, quo ad sinistram pertinentia diuino ti-  
mori subiiciant. Accipiunt & textum Euan-  
gelij, vt intelligant se esse præcones Euan-  
gelij Christi. Hi autem antequam ordenen-  
tur, probentur, vt docet Apost. & sic mini-  
stri ent, nullum enim habentes. Hoc offi-  
cio vsus est Christus, quando post cœnam  
sacramentum carnis & sanguinis dispensa-  
uit discipulis, & quando Apostolos dormiē-  
tes ad orationem excitauit, dicens: Vigilate

LL iij

act. 6.  
de cōse.  
d. 1. c.  
episco-  
pus.  
1. tim. 3  
d. 23. c.  
diaco-  
nus.  
mat. 11  
matth.  
26.

& orate, vt non intretis in tentationem. *luc. 22.*

*Septimus  
ordo.*

Septimus est ordo presbyterorum. Presbyter græcè, senior interpretatur latinè, non ætate, sed honore & dignitate. Ad presbyterum autem pertinet sacramentum corporis & sanguinis domini in altari conficere, orationes dicere, dona Dei benedicere.

Qui cum ordinantur, iunguntur eis manus, vt intelligant se accepisse gratiam consecrandi, & charitatis opera debere extendere ad omnes. Accipiunt & stolam, quæ vtrūque tenet latus, quia debent esse muniti armis iustitiæ contra aduersa & prospera.

*Figura.*

Accipiunt etiam calicem cum vino, & patenam cum hostiis, vt per hoc sciant se accepisse potestatem placabiles deo hostias offerendi. Hic ordo à filiis Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices & minores sacerdotes instituit Deus per Moysen, qui præcepto Dei Aaron summum potestatem filios vero eius vnxit in minores sacerdotes: Christus quoque 12. elegit discipulos, quos & Apostolos vocauit, quorum vicem gerunt in ecclesia maiores pontifices. Deinde alios septuaginta duos discipulos designauit, quorum vicem in Ecclesia tenent presbyteri. vnus autem inter apostolos extitit princeps, Petrus, cuius vicarius & successor est pontifex summus. Qualis autem eligi debeat presbyter, Apostolus Timotheo ostendit. vbi nomine *exo. 29*

episcopi presbyterum significat. Hoc autem *Institutio.*  
*heb. 9.* officio vsus est Christus, cum seipsum in ara  
 crucis obtulit, idem sacerdos & hostia: &  
 quando post cœnā panem & vinum in cor-  
 pus suum & sanguinem commutauit. Ecce  
 de septem gradibus Ecclesiæ breuiter elo-  
 quuti, quid ad quenquam pertineat insinua-  
 uimus. Cumq; enim *spirituales sint & sacri,*  
 excellenter tamen canones duos tantum  
 sacros appellari censent, Diaconatus scilicet &  
 presbyteratus: quia hos solos primitiua Ec-  
 clesia legitur habuisse. & de eis solis præce-  
 ptum Apostoli habemus. Apostoli enim in  
 singulis ciuitatibus episcopos & presbyte-  
 ros ordinauerunt. Leuitas etiam ab Apostolis  
 ordinatos legimus, quorum maximus fuit B.  
 Stephanus. Subdiaconos verò & Acolytos  
 procedente tempore Ecclesia sibi constituit.

CAP. 2. Clericalis tonsura debet ad  
 hos ordines præmitti.

*hug. li. 2. par. 3. c. 1.* Omnes enim iis ordinibus insigniti, Cleri-  
 ci vocantur. i. fortiti. Corona enim signa-  
 culum est quo signatur in parte sortis ministe-  
 rij domini. Corona regale decus significat:  
 quia seruire Deo regnare est. Vnde ministri  
 Ecclesiæ Reges esse dicuntur, ut se & alios re-  
 gant: quibus Petrus ait: Vos estis genus ele-  
 ctum, regale sacerdotium, &c. Tonsuræ autem eccle-  
 siasticæ vsus à Nazareis exortus videtur, qui *Vsus.*  
 prius crine seruato, deinde ob vitæ cōtinen-

LL iiij

tiam caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponebant. Hinc vsus inoleuit, vt qui <sup>nu. 6.</sup> diuinis cultibus mancipantur, quasi Nazareni, id est sancti crineposito inueniantur. <sup>hug. su- pra c. 2.</sup> sicut ad Ezech. dicitur: Fili hominis sume gladium acutum, & duc super caput tuum & <sup>exech. 5.</sup> barbam. In Act. etiam Apostolor. Priscillam <sup>act. 18.</sup> & Aquillam fecisse legimus. Paulus quoque <sup>1. co. 11.</sup> & alij quidam discipuli hoc fecerunt.

C A P. Tertium. Sunt & alia quaedam, non ordinum, sed dignitatum & officiorum nomina.

Quid ordo

**O**Rdo quid sit: sanè dici potest signaculum esse, id est sacrum quoddam, in quo spiritualis potestas traditur, ordinatio, & officium. Character ergo spiritualis vbi fit promotio potestatis, ordo vel gradus vocatur. Sunt autem & alia quaedam, non ordinum, sed dignitatum vel officiorum nomina. Dignitatis simul & officij nomen est Episcopus. Ordo autem episcoporum quadripartitus est, scilicet in Patriarchis, qui summi patres interpretantur: quia primum, id est apostolicum, tenent locum: vt Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. Sed omnium <sup>1</sup> summus est Romanus pontifex: <sup>2</sup> Archiepiscopis, qui Latine episcoporum principes dicuntur: <sup>3</sup> Metropolitanis, qui principis & civitatibus præeminet, quorum authoritati & do-

d. 25. c. cleror.

l. q. 1. arria nos.

lib. 3. dial.

Strinæ cæteri sacerdotes subiecti sunt. **Cantor** verò vocatur, qui vocem modulatur in cantu. Huius duo sunt genera, Præcentor & Succentor. **Missa** autem dicitur vel quia missa est hostia, vel quia missus cælestis venit ad consecrandum dominicum corpus, per quem ad altare cæleste defertur hostia. vnde & dicitur, Missa est.

DE CONFIDENTIBVS  
sacramentum Ordinis.

DISTINCT. Vigesimaquintæ  
CAP. Primum.

*Ab hæreticis ordinati, non  
sunt reordinati.*

**S**Olet etiam quæri: Si hæretici ab Ecclesia præcisi & damnati, possint tradere sacros ordines: & si ab eis ordinati, redeunt ad Ecclesiæ vnitatem, debeant reordinari. Hanc quæstionem perplexâ ac pene insolubilem faciunt doctorum verba, qui plurimum dissentire videntur. Videntur enim quidam tradere, hæreticos ordines sacros dare non posse: nec illos qui ab eis ordinati videntur, gratiam recipere. Dicit enim Innocent. eos non posse dare Spiritum sanctum, quæ amiserunt: & ordinatos ab hæreticis, caput habere vulneratum. & Greg. dicit sacerdotal. c. legam esse Arrianorum cōsecrationem, cum

l. q. r.  
arria-  
nos.

A  
oziuo

lib. 3.  
dial. c.

2



3  
 7  
 29  
 op. m'o.

ex eorū manu cōmunio percipitur. Cypria-<sup>super-</sup>  
 nus etiam dicit, Omnia quæcunque faciunt uenien-  
 hæretici, sacrilega esse. Hiero. quoque asse-<sup>tes. in</sup>  
 rit omnia quæ offeruntur ab hæreticis, con-<sup>epi. cōi.</sup>  
 taminata esse in conspectu domini, &c. Con-<sup>har. et</sup>  
 trā alij sentire videntur, quòd ab hæreticis ponitur  
 etiam præcis sacri ordines tradi valeant: I. q. I.  
 nec ab hæreticis redeunt, qui illic ordina-<sup>c. si quis</sup>  
 ti sunt & baptisati, iterum ordinandi sint, si-<sup>inquit.</sup>  
 cut nec baptisandi. Vnde Aug. De hæreticis Hiero.  
 etiam damnatis quod quidam dicunt, baptis-<sup>in c. 2.</sup>  
 ma quod accepit, amittit, qui recedit ab Ec-<sup>aggai.</sup>  
 clesia, ius dandi quod accepit amittit, multis I. q. I.  
 modis apparet inaniter dici. Primò quia si popu-  
 lla ostenditur causa cur ille qui baptisma-<sup>lus. Li.</sup>  
 illud amittere non potest, ius dandi possit<sup>cōt. epi.</sup>  
 amittere. Vtrunque enim sacramentum est, Parme-  
 & quadam consecratione vtrunque homini<sup>ni. c. 13</sup>  
 datur, illud cum baptisatur, & istud cum or-  
 dinatur. ideo non licet vtrunque in Ecclesia  
 iterari, &c. Sicut autem in baptismo est ius  
 quod per eos dari possit: sic in ordinatione  
 ius dandi est. vtrunque quidem ad perni-  
 ciam suam. Sed aliud est non habere, a-  
 aliud perniciosè habere, aliud salubriter ha-  
 bere. Hæc autem quidam ita determi-  
 nant: dicunt enim hæreticos accepta sacer-  
 dotali vel episcopali vnctione, ab Ecclesia  
 recedentes, baptismi quidem ius retinere,  
 sed non habere facultatem tribuendi sa-

Prima opi-  
 nio & fal-  
 sa.

eros ordines, vel consecrandi corpus dominicum, postquam præcisi sunt ab Ecclesia. Sicut degradatus episcopus non habet potestatem largiendi sacros ordines, facultatem tamen baptisandi non amisit. Quod verò Augustinus ait, intelligunt dictum de hæreticis, qui nondum iudicio Ecclesie præcisi sunt, & damnati. Alij verò dicunt sacramenta ab hæreticis & præcis sicundum formam Ecclesie celebrata, vera esse & rata: quia recedentes ab Ecclesia, ius dandi & consecrandi non perdidērunt. Quæ verò ab hæreticis aliter quàm in Ecclesia fiunt, falsa sunt, & inania: & qui à talibus ordinari videntur, non munus, sed vulnus accipiunt. Et secundum hanc differentiam variè de iis loquuntur doctores. Quidam verò dicunt eadem sacramenta ab hæreticis præcis posse celebrari quæ à catholicis, si ab illis Ecclesie forma seruetur: & ab eis celebrata, vera esse & rata, quantum ad se: quantum verò ad effectum, falsa esse & inania, & in iis qui malè tractant, & in iis qui malè suscipiunt. & ideo irrita & falsa: quia quod promittunt & conferre creduntur, non tribuunt. Nonnulli verò tradunt illos hæreticos qui in Ecclesia ordinati sunt, ius ordinandi & consecrandi etiam cum separati fuerint habere.

*Secunda opinio probabilis.*

*Tertia opinio..*

4

*quarta opi  
nio falsa.* Qui verò in schismate vel hæresi positi, ab  
eis ordinati & inuncti fuerint, illo iure ca-  
rent. Ideoque cum ordinare volunt, vulnus  
potius infligunt, quàm gratiam conferant.

C A P. Secundum. Qui ordinantur à  
Simoniacis, ordinum exequu-  
tione priuantur.

S I moniaci licet propriè dicantur qui in-  
star Smonis Magi impreciablem gra-  
tiam precio conducere volunt, & qui  
pro ministerio sacro precium recipiunt in  
modum Giezi, Giezitæ vocandi sunt. Om-  
nes tamen, & dantes & accipiètes, Simonia-  
ci dicuntur, & vtrique eadem sententia per-  
celluntur. Differt tamen inter eos qui ordi-  
nantur à Simoniacis scienter, & eos qui igno-  
ranter. Qui enim scienter à Simoniacis se  
permiserint consecrari, imò execrari (nisi  
violenter attracti fuerint) eorum consecra-  
tio omnino irrita est. Qui verò ordinantur  
à Simoniacis, quos cum ordinantur nesciunt  
esse Simoniacos, qui & tunc pro catholicis  
habentur: eorum ordinatio misericorditer  
sustinetur. Si verò aliqui obiecerint, se non  
consecrationes emere, sed res ipsas quæ ex  
consecratione proueniunt: penitus desipere  
probantur. Nam quisquis horum alterum ven-  
dit, sine quo alterum non habetur, neutrum  
vendere derelinquit.

CAP. Tertium. Definita ætas in  
ordinandis est requirenda.

d. 77. **S**acri ( inquit Nicolaus papa ) canones  
 & 78 sanxerunt, vt subdiaconus nõ ordinetur  
 quasi ante 14. annos, nec diaconus ante 25.  
 per to- nec presbyter ante 30. Deinde si dignus  
 tum. fuerit, ad episcopatum eligi potest: quod nos  
 etiam pari modo seruari iubemus. Item Fa-  
 bianus: Si quis 30. ætatis nõ impleuerit an-  
 nos, nullo modo presbyter ordinetur, etsi val-  
 de sit dignus: quia & ipse dominus 30. an-  
 norum baptizatus est, & sic cœpit docere.

DE SACRAMENTO CON-  
iugij, quantum ad institu-  
tionem.

DISTINCT. Vigesima sextæ  
CAP. Primum.

Coniugij sacramentum ante pecca-  
tum in officium fuit institutum:  
post peccatum verò in  
remedium.

Nũc de al-  
tero sacra.  
quod ordi-  
natur ad  
multiplica-  
tionẽ carna-

280. b **R**efert enim scriptura' Gen. in Adã mis-  
 so sopore, atq; vna de costis eius sum- de matri-  
 pta, & exinde muliere for mata, virum monio. &  
 in Spiritu intelligentem, ad quem vsum mu primò de  
 lier facta esset, post extat in propheticè dixi eo sec. cau-  
 se, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de sam forma  
 carne mea. Propter hoc relinquet homo lem.

patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ,  
 & erunt duo in carne vna. Coniugij au-  
tem institutio duplex est: Vnâ ante peccatū,  
 ad officium facta in paradiso, vbi esset tho-  
 rus immaculatus, & nuptiæ honorabiles: ex  
 quibus sine ardore conciperent, sine dolore  
 parerent. Alterâ verò post peccatū ad reme-  
dium facta extra paradysum, propter illicitū  
 motum deuitandum. Prima vt natura multi-  
 plicaretur, secūda vt natura exciperetur, &  
 vitium cohiberetur. Nam ante peccatum di-  
 xit Deus, Crescite & multiplicamini. & post  
 peccatum, omnibus pene hoībus per diluuiū  
 consumptis. Ista Aug. testatur dicens. Quod  
sanis est ad officium, ægrotis est ad reme-  
dium. Infirmitas enim incontinentiæ, quæ est  
 in carne per peccatum mortua, ne cadat in  
 ruinam flagitiorum, excipitur honestate nu-  
 ptiarum. Si verò non peccassent primi homi-  
 nes, sine carnis incentiuo ac feruore libidi-  
 nis ipsi ac successores eorum cōuenirent. Et  
 sicut remunerabile est aliquod bonum opus,  
 sic coitus eorum bonus esset, & remunerabi-  
 lis. Quia verò propter peccatum letalis eēn-  
 cupiscentiæ ~~lex~~ membrīs nostris inhæsit, si-  
 ne qua carnalis non fit commixtio, reprehē-  
 sibilis est & malus coitus, nisi excusetur per  
 bona coniugij. Primâ autem institutio ha-  
buit præceptum, secūda indulgentiâ. Didici-  
 mus enim ab Apo. humano generi propter

Cōiugij in  
 stitutio du-  
 plex.  
 Heb. 13.

2

Mos hinc  
 vltim. hinc.

Primâ in-  
 stitutio ma-  
 trimonij.

gen. 1.

1. cor. 7

infra  
 d. 31.  
 ca. 3.

vitandam fornicationem indultum esse con *habuit præ*  
iugium: quum tamen etiam post peccatum *ceptum.*  
tenerentur. quia præceptum fuit filiis Noe,  
Crescite & multiplicamini: multiplicato ve-  
rò homine, sec. indulgentiam contractū est,  
non sec. imperium. *Indulgentia autem di-*  
uersis modis accipitur, scil. pro concessione, *Indulgentia*  
pro remissione, pro permissione. Et est per- *dicitur mul-*  
missio in nouo testamēto de minoribus bo- *tipliciter.*  
nis, & de minoribus malis. De minoribus bo-  
nis est coniugium, quod non meretur palmā,  
sed est in remedium. De minoribus malis, id  
est de venialibus, est coitus, qui fit causa in-  
continentiæ. Illud, scil. coniugium, indulge-  
tur, id est conceditur: istud verò, id est coi-  
tus talis permittitur, id est toleratur, ita q̄  
non prohibetur.

infra  
d. 31.  
ca. 3.

CAP. Secundum. Coniugium piū  
est & sanctum.

Quòd autem Coniugium res bona sit  
(quod tamen negant Tatiani hæreti-  
ci nuptias detestantes) non modo  
ex eo probatur quòd dominus legitur con-  
iugium instituisse inter primos parentes: sed  
etiam quòd in Chana Galilææ nuptiis inter-  
fuit Christus, easque miraculo commen-  
dauit, aqua in vinum conuersa. quò etiam  
postea virum dimittere vxorem prohibuit,  
nisi causa fornicationis. Apostolus etiam ait, 4



copula non posse contrahi matrimonium: & inter Mariam & Ioseph non fuisse coniugium, vel non fuisse perfectum. quod nefas est sentire. Tantò enim sanctius fuit atque perfectius, quantò à carnali opere immunius. Sed superius August. dictum ea ratione intelligendum est, non esse perfectum coniugiũ, quantum ad expressam & plenam figuram coniunctionis Christi & Ecclesię, quæ est in charitate: sed non illam, quæ est in naturæ conformitate, qua per susceptionem carnis capitum membra vniuntur. Nec ideo tamen minus sanctum est coniugium: quia (vt ait August.) In nuptiis plus valet sanctitas sacramenti, quam fecunditas ventris. Est etiam coniugium signum spiritualis coniunctionis & dilectionis animorum, qua inter se coniuges vniri debent.

DE SACRAMENTO MATRIMONII, quantum ad eius essentiam.

DISTINCT. Vigesima septima  
CAP. Primum.

*Solus consensus efficit matrimonium.*

27. q. 9  
in prin  
cap. **N**uptiæ vel matrimonium est viri mulierisque coniunctio maritalis, inter legitimas personas indiuiduam vitę consuetudinem retinens. Hac autem descriptio-

MM

*De matrimonio per comparationem ad causam efficiētem.*

*d. f. h. v.*



289.<sup>a</sup>  
290.<sup>b</sup>

E P I T O M E

*et non per  
consensu.*

277. a.

ne legitimorum & tantū fidelium matrimo-  
nium includitur. Efficies autem causa matri-  
monij est consensus, hō quilibet, sed per ver-  
ba expressus: nec de futuro, sed de præsenti.  
Si autem verbis explicant, quod tamen cor-  
de nolunt, si non sit ibi coactio vel dolus,  
obligatio illa verborum quibus consentiunt  
dicentes, Accipio te in virū, & ego te in vxo-  
rem, matrimonium facit. Quòd autem solus  
cōsensus matrimonium faciat, subditis pro-  
batur testimoniis. Ait enim Nicolans papa,  
Sufficiat solus secundum leges eorum con-  
sensus, de quorum communicationibus agi-  
tur: qui solus si fortè in nuptiis defuerit, cæ-  
tera etiam cum ipso coitu celebrata frustran-  
tur. Item Ioh. Chrysoft. Matrimonium qui-  
dem non facit coitus, sed voluntas.

27. q.  
2.

ho. 32.  
in 16 c  
Matt.

C A P. Secundum. Sola sponsalia  
de præsenti faciunt ma-  
trimonium.

277. b.

**A**it enim Ambro. Cūm initiatur coniu-  
gium, cōiugij nomē asciscitur, cūm con-  
iungitur viro, coniugium est, non cūm Virgi.  
viri admixtione cognoscitur. Itē Isidorus: 7. q. 3.  
Cōiuges veriū appellatur à prima despon-  
sationis fide, quanuis inter eos adhuc igno-  
retur coniugalis concubitus. Itē Augu-  
stinus: Coniunx vocatur ex prima despon-

lib. de  
Virgi.  
li. Et.  
6. c. 6.

de nu  
et cōc  
ca. I.

27. q.  
c. des  
satam  
27. q.  
ca. pa  
rata.

de nup. et cōcu. ca. II. sationis fide quam concubitu non cognouerat, nec fuerat agniturus, nec peierat: nec mendax manserat coniugis appellatio, vbi non fuerat nec futura erat carnis vlla commixtio. Propter quod fidele coniugiū, ambo parentes Christi vocari meruerunt, non solū illa mater, sed etiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius: vtrunque tamen mente, non carne.

C A P. Tertium. *Ante consummatum matrimonium potest sponsus inuita sponsa monasterium ingredi.*

27. q. 7. c. de spō satam. 27. q. 2. ca. p. rata. **A** It enim Euseb. papa: Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere, tamen licet sibi monasterium eligere. Itē Gregorius: Decreta legalia desponsatam, si conuerti voluerit, nullo penitus consueuerunt damno mulctari. Refert etiam Hieronymus, quod Macharius inter Christi heremitas præcipuus, celebrato nuptiali conuiuio, cum vespere thalamum esset ingressurus, ex vrbe egrediens, transmarina petiit, & heremi solitudinem sibi elegit. Beatus etiam Alexius similiter ex nuptiis, diuina gratia vocatus, spōsam deseruit, &c.

MM ij

C A P. *Quartum. Consummatum ma-  
trimonium, per ingressum re-  
ligionis nunquam  
dissoluitur.*

**H**Oc autem coniugatis nullatenus li-  
cet. Non enim potest vir melioris vi-  
tæ propositum sumere sine vxoris cō-  
sensu, & econuerso. Vnde Gregorius scribēs <sup>27. q. 2</sup>  
Theotistæ patritiæ: Sunt qui dicūt religionis <sup>sunt</sup>  
gratia coniugia debere solui: verūm scien- <sup>qui.</sup>  
dum est, quia etsi lex humana hoc concessit,  
tamen lex diuina prohibuit. Si verò vtrif- <sup>Mat. 3</sup>  
que conueniat continentem vitam ducere, <sup>et 19.</sup>  
hoc quis audeat accusare? Sic enim multos  
sanctorum nouimus cum suis coniugibus &  
prius vitam continentem duxisse, & pōst ad  
Ecclesiæ sanctæ regimina migrasse. Si ve-  
rò continentiam, quam vir appetit, mulier  
non sequitur: aut quam vxor appetit, vir re-  
cusat, coniugium diuidi non potest: quia  
scriptum est, Mulier suæ carnis potestatem <sup>1. cor. 7</sup>  
non habet, sed vir. Item Nicol. papa: Scri- <sup>de ad-</sup>  
psit nobis Taberga regina, regia se velle di- <sup>ult. cū-</sup>  
gnitate vel copula exui, & sola vita priuata <sup>iug. 27</sup>  
esse contentā desiderare. Cui scripsimus non <sup>q. 8.</sup>  
hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam vir  
eius Lotharius elegerit.

C A P. *Quintum. Desponsatio duplex,  
et vtriusque differentia.*

**F**It aliquando desponsatio vbi est com-  
 promissio viri & mulieris de contra-  
 hendo matrimonio. Non est autem ibi  
 consensus de præsentis. Est & desponsatio ha-  
 bens consensum de præsentis, id est pactio-  
 nem coniugalem, quæ sola facit coniugium.  
 In illa ergo desponsatione, vbi est pollici-  
 tatio contrahendi matrimonium, sponsi tan-  
 tum & sponsæ fiunt, non coniuges: & talibus  
 sponsis licet sine communi consensu conti-  
 nentiam profiteri & monasterium eligere.  
 In eâ verò desponsatione, vbi est consensus de  
 præsentis, coniugium contrahitur: & ab il-  
 lius desponsationis prima fide veri coniuges  
 appellatur. Et est sciendum quòd illa spon-  
 sa quæ tantum in futuro est pacta, mortuo  
 sponso non remanet vidua: quia non fue-  
 rat vir eius. Vnde si quis eam duxerit, ad  
 sacros ordines cõscendere non prohibetur:  
 quia non duxit viduam. Viduæ enim ma-  
 ritus æquè sicut digamus, sacerdos fieri  
 prohibetur. Secundum hanc distinctionem  
 desponsationis, de sponsis variè loquuntur  
 catholici doctores.

CAP. 6. *Dimissam sponsam de præsentis, cog-  
 natus defuncti non potest accipere.*

**N**Am si quis vxorem desponsauerit de  
 præsentis, quanquam postmodum, præ-  
 ueniente die mortis, nequiverit eam

MM iij

ducere in vxorem, nulli de consanguinitate eius licet eam coniugio accipere. & si inuentū fuerit, separetur omnino, vt dicit Grego. qui ibidem iterum dicit, Qui desponsam proximi sui puellam cœperit in coniugium, anathema sit ipse, & omnes consentientes ei: quia secundum legem Dei mori decernitur. Nam diuinæ legis mos est sponsas appellare coniuges, vt in Euangelio: Accipe Mariam coniugem tuam. & in Deutero. Si quis alterius sponsam in agro vel quolibet loco oppresserit, vel adduxerit in domum suam, moriatur: quia vxorem proximi sui violauit: Non quæ iam vxor erat, sed quæ à parentibus vxor fieri debebat.

C A P. Septimum. Desponsatio  
de futuro coniugium  
non facit.

Secundum quem desponsationis modum intelligitur decretum illud, Siquis sponsam filij oppresserit, & post filius eius eam duxerit, pater postea eam non habeat vxorem, nec mulier virum. Filius qui patris facinus ignorauit, aliam ducat. Sic patet quòd vtraque pactio, desponsatio vel sponsalia interdum dicuntur. Propriè tamen spõsalia dicuntur quædam solennia pacta nuptialia: de quibus, vbi est tantum sponsio futuri ( ait Augustinus ) institutum est, vt iam

pactæ sponsæ non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam suspiravit sponsus dilatam.

DE QUALITATE CON-  
sensus ad matrimo-  
nium requisiti.

DISTINCT. Vigesima octauæ  
CAP. Primum.

*Consensus per verba de futuro &  
cum iuramento, non fa-  
cit matrimo-  
nium.*

CONsidera quia longè aliud est promit-  
tere, & aliud facere. Qui promittit,  
nondū facit. Qui ergo promisit se du-  
cturū aliquam in vxorem, nōdum eam du-  
xit in vxorem: & quæspōndit se nupturā,  
nondū nupsit. Quomodo ergo coniuges ap-  
pellari possunt, qui nondū contrahunt, sed in  
futuro se contracturos iurando promittunt?  
Item, si ex vi iuramenti ad futurum perti-  
nentis mox efficiūtur cōiuges, cur iurant in  
futuro se futuros quod in præsentī efficiūt?  
Ideo dico quia tunc coniugium non fuit,  
sed futurum promittitur. Non autem sic est,  
quando iuramentum coniugij, præsentis con-  
sensus attestacione firmatur: quia per talem  
consensum si quis alij se copulauerit, etiam  
si prolem procreauerit, & irritum debet

MM iij

fieri, & ipse ad priorem copulam reuocari,  
*Obie et o.* Huc sententiæ obuiare videtur illud quod  
 leges tradunt: Si quis tactis diuinis scriptu-  
 ris iurauerit mulieri se eam legitimam vxor-  
 rem habiturum: vel etiam si in oratorio tale  
 sacramentum dederit, sit illi legitima vxor,  
*Dilutio.* quanuis nulla dos, nulla alia scriptura inter-  
 posita sit. Sed hic ostenditur quid fieri vel  
 esse debeat, nō quid tunc fiat. Non enim per  
 illud iuramentum tunc fit vxor, sed fieri de-  
 bet, quia iuratum est. Potest & de illo iura-  
 mento dictum intelligi, vbi de præsentī con-  
 sentiunt, ac se inuicem suscipiunt.

C A P. Secundum. *Matrimonium clande-  
 stinum est verum matrimonium.*

1. **I**N huius enim sacramēti celebratione, si-  
 cut in aliis, quædam sunt pertinentia ad  
 substantiam sacramenti, vt consensus de  
 præsentī, qui solus sufficit ad contrahendum  
 2. matrimonium: quædam verò pertinentia ad  
 decorem & solennitatē sacramenti, vt præ-  
 sentium traditio, sacerdotū benedictio, & huius-  
 modi, sine quibus legitimè fit cōiugiū, quā-  
 tum ad virtutē, nō quantū ad sacramenti ho-  
 nestatē. Et sic est intelligendū quod Euari-  
 stus papa ait: Aliter legitimū nō fit cōiugiū, <sup>30. q. 8</sup>  
 nisi ab iis qui super fœminā dominationem <sup>c. aliter</sup>  
 habent, & à quibus custoditur. Et sic consen-  
 sus occultus de præsentī per verba expressus,  
 nō.

coniugium facit, licet non sit ibi honestus contractus, sed matrimonium non sanxit consensus qui in occulto fuit. Si enim alter alterum dimiserit, non cogitur iudicio Ecclesiæ redire & commanere, quasi cum coniuge: quia non potest probari testibus contractus qui in occulto est factus.

CAP. Tertium. *Consensus est in coniugalem societatem.*

**D**icimus quòd consensus cohabitationis vel carnalis copulæ non facit coniugium, sed consensus coniugalis societatis, verbis sec. præsens tēpus expressus, vt cum vir dicit: Ergo accipio te in meam, non dominam, non ancillam, sed cōiugem. Quia enim non domina vel ancilla datur, ideo nec de summo, nec de imo, à principio formata est, sed de latere viri, ob coniugalem societatem. Cum ergo sic conueniunt vt dicat vir, Accipio te in meam coniugem: & dicat mulier, Accipio te in meum virum: his verbis & aliis idem significantibus exprimitur consensus: non copulæ carnalis (aliàs inter Mariam & Ioseph non fuisset coniugium) vel cohabitationis corporalis (quoniam frater cum sorore, & pater cum filia posset matrimonium contrahere) sed coniugalis societatis, ex qua oportet eos co-

273.1  
273.n.  
*Coniugium  
verum in-  
ter Mariã  
& Ioseph,*



habitare, nisi fortè causa religionis pari voto corporaliter separentur, vel ad tempus, vel vsque in finem.

## DE IMPEDIMENTIS

matrimonij, primò ex parte voluntatis.

DISTINCT. Vigesima nonæ  
CAP. Primum.

*Coactio excludit consensum  
coniugalem.*

**H**oc testatur Urban. papa, scribēs Sanctio regi Arragonū in hæc verba: De <sup>31. q. 2.</sup> neptis tuę cōiugio, quā te cuidā militi <sup>c. de ne</sup> daturū necessitatis inlātate articulo, sub fidei <sup>pris.</sup> pollicitatione confirmasti, hoc æquitate di- <sup>et c. si</sup> ctate decreuimus, vt si illa virū illū omnino <sup>verum.</sup> (vt dicitur) renuit, & in eadē volūtate persistit, vt viro illi se prorsus deneget nupturā, nequaquam eam inuitā ac renitentem eiusdem viri cogas cōiugio copulari. Ex quo apparet cōiugiū fieri inter cōsentientes & spōtaneos, non inter renitētes & inuitos. Verūtamen qui inuiti & coactè coniuncti sunt, si postea ab aliquo tēpore sine cōtradictione & querimonia cohabitauerint, facultate discedendi vel reclamādi habita, cōsentire videntur: & cōsensus ille cōsequens supplet, quod præcedens coactio tulerat.

## CAP. Secundum. Consensus tacitus matrimonium facit.

**C**onsentire autem probatur. qui euidenter non contradicit, sec. illud, In sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur tamen filia patri consentire, nisi euidenter dissentiat. Item, sponsalia (sicut nuptiæ) consensu fiunt contrahentium, &c.

DE IMPEDIMENTO  
altero ex parte rationis.DISTINCT. Trigesimæ  
CAP. Primum.

*Non omnis error consensum matrimonij impedit.*

**E**ST enim error alius personæ, quando quis putatur esse nobilis, & est ignobilis: Alius error fortunæ, quando putatur esse diues qui pauper, vel e contrario: Alius conditionis, quando putatur esse liber qui seruus est: Alius qualitatis, quando putatur esse bonus qui malus est. Error qualitatis & fortunæ cōiugij cōsensum nō excludit. Error verò conditionis cōiugale cōsensum euacuat. Error quoque personæ consensum cōiugalem non admittit. Sicut enim error materiæ excludit consensum, ita & in coniugio

*Error multiplex.*

*Inter Iacob & Liam verum coniugium.* error personæ. Iacob autem (cui pro Rachel supposita est Lia) licet non primò consenserit in Liam, eius tamen consensus sequutus, dum in mysterio illud esse gestum intellexit: nec ex illo concubitu qui consensum præcessit, fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, & illa vxorio affectu debitum persoluerit: putans lege primogenitarum & paternis imperiis se illi iure copulatam. Excusatur etiam, quia Dei consilio in mysterio ita actū est. Hodie etiā excusaretur ille, cui in scio vxoris soror lectulum eius ingressa se subiiceret, eo quòd per ignorantiam, per quam non consensit in illam. Error verò fortunæ consensum non excludit: sicut nec error qualitatis. vt si quis ducat vxorem meretricem vel corruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest eam dimittere.

C A P. Secundum. Verum fuit coniugium inter Mariam & Ioseph.

**S** Anè credi potest, non solùm Mariam, sed etiam Ioseph, apud se disposuisse virginitatem seruare velle, nisi Deus aliter iuberet, eosque sic consensisse in societatem coniugalem, sed non in carnalem copulam, nisi de eodem specialiter Deus præciperet. Committens ergo B. Maria (ait August.)

lib. d  
nup.  
conc  
et h  
29.  
2.c.  
fict  
q.2.  
inte  
quo  
lib.  
nup  
cōc.

ge  
I.

lib. de virginitatem suam diuinæ dispositioni, con-  
 nup. et sensit in carnalem copulam, non illam ap-  
 concup. petendo, sed diuinæ inspirationi in utroque  
 et hab. obediendo: postea verò simul cum viro la-  
 29. q. biis expressit, & uterque in virginitate per-  
 2. c. sus- mansit. Inter quos (ait August.) perfectum  
 fit. 27 fuit coniugium: perfectum quidem, non in  
 9. 2. c. significatione, sed in sanctitate. Sanctiora  
 inter enim sunt coniugia pari voto continer-  
 quos tium. Perfectum etiam fuit sec. triplex bo-  
 lib. de num coniugij, fidem scil. prolem, & sacra-  
 nup. et mentum. vt dicit August. Prolem cognosci-  
 cōc. c. II mus ipsum Dominum: fidem, quia nullum  
 adulterium: sacramentum, quia nullum di-  
 uortium. Habuit etiam & alias causas spe-  
 ciales, scil. vt Virgo solatio viri sustentaretur,  
 & vt Diabolo partus celaretur, & vt Io-  
 seph testis esset castitatis.

CAP. Tertium. *Finis multiplex esse  
 potest matrimonij.*

EST igitur finalis causa & principa-  
 lis, prolis procreatio. Propter hoc  
 enim instituit Deus coniugium inter  
 gen. I. primos parentes, quibus dixit, Crescite &  
 multiplicamini. Secunda est post pecca-  
 tum Adæ, vitatio fornicationis, vt dicit A-  
 I. cor. 7 post- Propter fornicationem vnusquisque  
 habeat vxorem, & vnaquæque virum. Sunt 3

*Finis ma-  
lus non cō-  
taminat  
sacra.ma-  
trimonij.*

& aliæ causæ honestæ, etiam & minus ho-  
nestæ. Et licet sine non bono contrahatur  
matrimonium, quando species contrahen-  
tis mouet animum: coniugium tamen bo-  
num est, quia vita mala & intentio peruer-  
sa alicuius, sacramentum non contaminat.

In Deut. enim legitur, Si videris in medio *deut. 21*  
captiuorum mulierem pulchram, & adama-  
ueris eam, voluerisque vxorem habere, in-  
troduces eam in domum tuam, &c. Ideo *lib. de*  
coniuges etiam dicuntur, qui solius concu-  
bitus causa conueniunt, vt dicit Aug. *bo. con-  
iug. c. 5*

D E B O N I S M A -  
t r i m o n i j .

D I S T I N C T . Trigesimatertîæ  
C A P . Primum.

279. a.

*De matri-  
monio sec.  
causam fi-  
nalem quã-  
tũ ad bona  
coniugij.*

*Tria sunt bona matrimonij.*

**A**vgust. Nuptiale bonum tripartitum *sup. g. 2*  
est, scil. Fides, proles, & sacramentum. *ii. 2. c. 7*  
In fide attenditur ne post coniugale  
vinculum cum alio vel alia coeatur: in prole,  
vt amanter suscipiatur, religiosè educetur:  
in sacramento, vt coniugium non separetur,  
& dimissus vel dimissa ne culpa prolis alteri  
coniungatur. Hæc autem bona non omni-  
bus coniugiis adsunt, non inde tamen anni-  
hilantur. Quæ enim adultera est, contra fi-

dei bonum, non ideo coniunx non est: imò si coniunx non esset, adultera non foret. Bonum quoque prolis non omnibus adest. Quidam enim pari voto continentiam seruant, alij pro ætatis defectu vel alterius rei causa generare non valent. Multi tamen prolem habent, qui bono prolis carent. Bonum autem prolis dicitur non ipsa proles, sed spes ac desiderium quo proles ad hoc quæritur vt religione informetur: nec ideo tamen coniugium esse desinit. Sacramentum verò ita inseparabiliter coniugio hæret legitimarum personarum, vt sine illo coniugium non esse videatur, quia semper manet inter viuentes vinculum conjugale: vt etiam interueniente diuortio fornicationis causa, conjugalis vinculi firmitas non soluatur, vt dicit August. Ideo corporaliter possunt separari causa fornicationis, vel ex communi consensu causa religionis, siue ad tempus, siue vsque in finem. Sacramentaliter verò separari non possunt dum viuunt, si legitimæ sint personæ.

*Bonū prolis  
quid est.*

*Duplex se-  
paratio.*

CAP. Secundum. Non est inter eos coniugium, qui se ad sterilitatem prouocant.

*lib. I. de  
nup. &  
concup.  
cap. I. I* **Q**VI verò venena sterilitatis procurant, non cōiuges, sed fornicarij sunt. vnde August. Aliquando cōsuetudo que peruenit hæc libidinosa crudelitatis, vt

etiam venena sterilitatis procuret: & si nihil  
 valuerint, conceptos fœtus inter viscera, a-  
 liquo modo extinguat vel fundat, volendo  
 prolem suam prius interire, quàm viuere,  
 aut si in vtero viuebat, occidi antequàm na-  
 sci. Prorsus si ambo tales sint, coniuges non  
 sunt: & si ab initio tales fuerunt, non sibi  
 per connubium, sed per stuprum potius con-  
 uenerunt. Si verò ambo tales non sunt, au-  
 deo dicere, aut illa quodammodo est ma-  
 riti meretrix, aut ille adulter vxoris.

C A P. Tertium. Bona matrimo-  
 nij coniugalem concubitus  
 excusant.

29/a.

**A**ugust. Coniugalis concubitus gene-  
 randi gratia non habet culpam: Con-  
 cupiscentiæ verò satiandæ, sed tamen  
 cum coniuge, propter thori fidem, venialem  
 habet culpam. Vbi autem hæc bona de-  
 sunt, fides scil. & proles, non videtur coitus  
 à crimine defendi. Vnde in sententiolis Se-  
 xti Pythagorici legitur, Omnis ardentior a-  
 mator propriæ vxoris, adulter est. Quod  
 autem Apost. sec. indulgentiam dicit, intelli-  
 gendum est de indulgentia sec. permissio-  
 nem: sicut suprâ dictum est in hoc libr. 4. di. 26.  
 quia in concubitus qui est præter necessi-  
 tatem generandi ob incontinentiam indul-

lib. de

bo. con-

iu. c. 6.

12. q. 4

c. origo

quidem

1. cor. 7

cap. 1.

lib. de  
bo. cõ-  
iug. c.  
10.

33. 9  
Vir

getur sec. permissionem: quia ibi est aliqua culpa, sed leuis. Ideoque nec iubetur, nec conceditur, sed permittitur: quia non est laudabilis, sed venialis. Concubitus enim necessarius causa generandi, inculpabilis, & solus ille nuptialis est, vt dicit August. Ille verò qui vltra necessitatem progreditur, non rationi, sed libidini obsequitur. & hoc non exigere, sed reddere coniugi ne fornicetur, ad coniugem pertinet.

C A P. Quartum. Non omnis  
carnalis delectatio est  
peccatum.

**D**icimus concupiscentiam carnis semper malam esse, quia fœda est, & peccati pœna, sed non semper peccatum est. Sæpe enim delectatur vir sanctus, sec. carnem in re aliqua: vt requiescendo post laborem, edendo post esuriam: nec tamen talis delectatio est peccatum, nisi sit immoderata. Sic & delectatio quæ fit in coitu coniugali, cui adsunt illa tria bona, à peccato defenditur. Illud autem Gregorij, 33.9.4 Vir cum propria coniuge dormiens, nisi *Vir cū.* lotus aqua Ecclesiam intrare non debet: intelligendum est de eo qui non gratia prolis conuenit cum vxore, cuius voluptas non est sine peccato.

*Coniugalitatem*

NN



E P I T O M E  
DE ACTV MATRIMO-  
nij siue solutione carna-  
lis debiti.

D I S T I N C T. Trigesimæsecundæ  
C A P. Primum.

*Coniuges in soluendo carnis debito,  
pares sunt.*

**N**Am Apost. vtrique pariter præcipit  
in hac causa sibi inuicem subiici, in-  
quiens: Vir debitum reddat vxori, si-  
militer & vxor viro. quia mulier non habet  
potestatem sui corporis, &c. quia nec mulier  
ad alium virum, nec vir ad aliam mulierem  
potestatem sui corporis habet, nec vir ad con-  
tinendum, nec mulier potestatem habet, sine  
mutuo consensu, in hoc enim pares sunt.

*aug. li.  
de bo.  
cōiug.  
cap. 6.  
et 7.*

C A P. Secundum. *Vir continere  
non potest sine consensu  
mulieris.*

**A**It enim August. Si dicat vir, Contine-  
re iam volo, nolo autem vxor, non po-  
test. Quod enim tu vis, illa non vult:  
nunquid per continentiam tuam illa debet  
fieri fornicaria? Si nupserit alij, te viuo, adul-  
tera erit. Non vult tali lucro Deus tale da-  
mnum compensari. Redde debitum. & si  
non exigis, redde. Pro sanctificatione perfe-  
cta Deus tibi computabit, si non quod tibi

*sup. ps.  
46. et  
33. q. 5  
si dicat*

debetur exigis, sed reddis quod debes uxori.  
Idem Apost. nec ad tempus ut vacent orationi, nisi ex consensu voluit coniuges carnali inuicem fraudari debito.

CAP. Tertium. *Etsi liceat poscenti  
semper reddere debitum, non  
tamen semper exigere.*

li. de q. no. 8. vet. testam. c. 127. 38. q. 4. c. no. 0. portet.

**V**Nde Aug. Quoties enim vel dies natiuitatis, vel relique festiuitates aduenerint, non solum à concubinarum consortio, sed etiam à propriis vxoribus abstinerent: Nec solum in opere carnali obseruanda sunt tempora, sed etiam in celebrandis nuptiis, scilicet illud, Non oportet à septuagesima vsque ad octauam paschæ, & tribus hebdomadis ante festum D. Iohannis, & ab aduentu Domini vsque post Bpiphaniam celebrare nuptias.

DE DIVERSIS CONIUGIORUM LEGIBUS.

DISTINCT. 33. CAP. Primum.

*Vxorum pluralitas fuit aliquando licita.*

**P**RO varietate temporum varia inuenitur dispensatio conditoris. Ab exordio enim temporis inter duos tantum, scilicet Adam & Euam, dicente Domino, Homo adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.

NN ij

283. a.

2. **Primus** autem omnium Lameth duas legitur simul habuisse vxores. Et hoc in eo *gen. 4.* arguitur, quia pro expletione carnalis voluptatis id fecisse perhibetur. Postea verò cum iam pene omnes homines falsis diis seruirent, paucis in cultu Dei permanentibus, consultum est à Deo plures in matrimonio copulare sibi, ne illis paucis deficientibus, cultus & noticia Dei deficeret. Vnde *gen. 16* Abraham viuentē vxore ad ancillam intravit: *gen. 29* Iacob etiam liberis & ancillis se copulauit. & filii Loth, patre ebrio vsæ sunt. de quibus August. Antiquis iustis non fuit peccatum quòd pluribus fœminis vtebantur: nec contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuiendi causa, sed gignendi hoc facerent: nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant: nec contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Idem alibi, Antiquis temporibus cum adhuc salutis nostræ mysterium velaretur, iusti officio propagandi nuptias contrahebant: non victi libidine, sed seduæti pietate. *lib. de bo. con. iug. c. 15. supra c. 14.*

C A P. Secundum. Non est præferenda virginitas Iohannis castitati abrahæ.

**I**stud ostendit August. inquit, Sicut non *suprà* est impar meritum patientiæ in Petro *c. 27.* qui passus est, & in Iohanne qui passus

non est: sic non est impar meritum continentiae in Iohanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios genuit. Nam illius coelibatus, & istius connubium pro temporum distributione Christo militarunt: sed continentiam Iohannes in opere, Abraham in solo habebat habitu, &c.

Item Hierony. Quis ignoret sub alta dispensatione Dei omnes retrò sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo Abraham antè placuit in coniugio, si nunc virgines placent in castitate? Seruitit ille legi & tēpori suo, seruiamus & nos legi & tempori nostro, in quos fines seculorum deuenerunt.

CAP. Tertium. In lege Moysi certus gradus & numerus prohibebatur.

**L**Egis verò tempore interdixit Moses carnalem copulam fieri cū matre, cū nouerca, cū sorore, cū nepte, cū amita, cū matertera, cū nuru, & aliis quibusdam. Permisit autem diuortium fieri, dato libello repudij, in quo vir scribebat causas, pro quibus vxorem repudiabat. Permisit autem aliam ducere, dato priori libello, quod propter duritiam cordis eorum permittum Christus dicit. Generaliter etiam multiplicatio vxorum prohibita est. Per-

NN iij

282. a.

mīsum est autem regi plures habere, sed nō multiplicare. Sed lege Christi reducta est lex nuptiarum ad priorem honestiorēque institutionem, ut vnus vni, in figura Christi & Ecclesiæ, coniungatur.

DE PERSONIS LEGITIMIS.

DISTINCT. Trigesimæ quartæ  
CAP. Primum.

De matrimonio sec.  
causam materiam.

Inter legitimas personas matrimonium fieri debet.

Personæ legitimæ.

**L**egitimæ iudicantur personæ sec. statuta patrum, quæ diuersa sunt. Aliæ nanque fuerunt legitimæ ante legem, aliæ sub lege, aliæ in tempore gratiæ. Item in primitiua Ecclesia quædam erant legitimæ, quæ modo non sunt. Earum verò quæ modo legitime sunt vel illegitimæ, quædam sunt plenè legitimæ, quædam omnino illegitimæ, quædam mediæ. Plenè legitimæ sunt, quibus non obuiat votum continentie, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel conditio, vel naturæ frigiditas, & si quid est aliud. Penitus verò illegitimæ sunt per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Mediæ verò sunt, nec plenè legitimæ, nec omnino illegitimæ, per

33. q. 1.  
c. quod  
autem.

33. q. 3.  
c. si per  
fortia-  
rias.

frigiditatem, per conditionem. Si enim tales iunguntur ignoranter, commanere possunt, quibusdam accedentibus causis, & eisdem deficientibus diuidi.

*CAP. Secundum. Frigidi & maleficiati separari possunt, etiam & commanere si volunt.*

33. q. 1.  
c. quod  
autem.

33. q. 3  
c. si per  
fortia-  
rias.

**D**E iis qui causa frigiditatis debitum reddere non possunt, consulit Grego. vt permaneant. Sed si mulier causatur dicens, volo esse mater, & filios procreare, decreuit vt vterque eorum septima manu propinquorum iuret quòd nunquam carnaliter conuenerint. & tunc mulier secundas nuptias contrahat. De maleficij impedimento hoc tenendum decernitur, quòd si per sortiarias & maleficas concubitus non sequitur, hortandi sunt quibus illa eueniunt, vt orationibus, ieiuniis, & Ecclesie exorcismis sanari procurent. Quod si non potuerint, separari valebunt.

2 205. b

*CAP. Tertium. Furia aut amentia matrimonium contrahendum impedit, sed non dirimit contra-*  
*Etum.*

NN iij

**F**Abianus: Neque furiosus, neque fu-  
 riosa matrimonium contrahere pos-  
 sunt: sed si contractum fuerit, non se-  
 parentur. Idem ait Nicolaus papa.

32. q. 7

neque

fur. ibi.

c. qui

matri-

monio,

C A P. Quartum. Concubitus cum  
 sorore vxoris impedit matrimo-  
 nium contrahendum.

**D**icunt canones, Qui dormierit cum  
 duabus sororibus, & vna ex illis antè  
 fuerit vxor, neutram ex ipsis habeat,  
 nec ipsi adulteri vnquam coniugio copu-  
 lentur. Item nec propriæ vxori licet sibi red-  
 dere debitum: quam sibi reddidit illicitam,  
 sororem eius cognoscendo. nec post mor-  
 tem vxoris licet ei vel adulteræ copulari in  
 coniugium.

ex au-

re. cōc.

vbi si-

præc.

qui dor-

mierit.

C A P. Quintum. Nulla defor-  
 mitate vel macula corporali  
 dissoluitur matrimonium.

**A**ugust. Si vxorem quis habeat sterilem,  
 siue deformem corpore, vel debilem  
 membris, vel cæcam, vel claudam,  
 vel surdam, vel si quid aliud, siue morbis,  
 siue laboribus confectam, & quicquid, ex-  
 cepta fornicatione, excogitari potest vehe-  
 menter horribile, pro societate fideque  
 sustineat.

lib. de

serm.

dom.

in mō-

te.

32.

chri-

na.

32.

par-

esse

Ro

IN QVART. LIB. 285  
DE DIVORTIO, EX  
adulterio sequuto.

DISTINCT. Trigesimæquintæ  
CAP. Primum.

*Vterque coniugum pro adulterio  
diuortium postulare potest.*

32. q. 5  
christia  
na.  
**I**Nnoc. papa, Christiana religio in vtroque  
adulterium pari ratione condemnat, sed  
viro suos mulieres non facile de adulte-  
rio accusant, viri autem liberiùs vxores suas  
adulteras apud sacerdotes deferre consueue-  
runt. Et ideo mulieribus, prodito earum cri-  
mine, negatur communio: virorum autem la-  
tente commisso, non facile quisquam ex su-  
spicionibus arcetur: qui tamen submouebi-  
tur, si eius flagitium detegatur.

CAP. Secundum. *Adulter adulte-  
ram repudiare non valet,  
& econuerso.*

32. q. 6  
parag.  
esse.  
Re. 2.  
**A**Vg. Nihil iniquius est, quàm causa for-  
nicationis dimittere vxorem, si & ipse  
conuincitur fornicari. occurrit enim  
illud, In quo alterum iudicas, te ipsum con-  
deimnas. Quapropter quisquis fornicationis  
causa vult abiicere vxorem, prior debet esse  
fornicatione priuatus. quod similiter & de  
fœmina dixerim.



C A P. Tertium. Fornicatio non soluit  
vinculum coniugale.

**S**I quis autem fornicationis expers, fornicariam dimiserit, alij copulari non potest, sed continere oportet, vel ad dimissam redire, sic & de fœmina. Vnde & Apost. 1. cor. 7  
His qui matrimonio iuncti sunt præcipio, mat. 19  
non ego, sed dominus, vxorem à viro non  
discedere. quòd si discesserit, maneat inupta,  
aut viro suo reconcilietur. & de viro addit,  
Et vir vxorem non dimittat.

285. a

C A P. Quartum. Prohibetur inter eos  
matrimonium, qui se prius  
polluerunt per  
adulterium.

**D**E hoc Leo papa: Relatum est auribus  
sanctorum sacerdotum, quendam alte-  
rius vxorem stupro violasse, & in su-  
per mœchæ iuramentum dedisse, quòd post  
legitimi mariti mortem si superuieret, du-  
ceret eam in vxorem. quod & factum est. Ta-  
le ergo cõnubium prohibemus & anathema-  
tizamus. Ad id verò quod dicit Aug. fieri pos-  
se coniugium cum qua præcessit adulteriũ,  
dicitur esse intelligendum, si de peccato pœ-  
nituerint, & nihil in mortem viri machinatae  
sunt, nec viuente viro fidem adulteræ dedit  
mœchus, quòd eam in cõiugio duceret si su-  
peruieret. Similiter illud Aug. Posse fieri li-

dilatatio ob-  
iectoriũ ex  
aug.

31. q. 1.  
c. nulli  
& c. re-  
latum.

lib. de  
nupt.  
& cõ-  
cup.

29. c.  
si fœ-  
na,

ibid  
si q  
lib

citatis nuptias ex personis illicitè coniunctis, honesto placito subsequente, manifestum est: dicitur esse intelligendum de concubinis, quas concedit posse transire ad honestum placitum nuptiarum, si castitatem & fidem seruare velint.

DE IMPEDIMENTO  
conditionis.

DISTINCT. Trigesimæ sextæ  
CAP. Primum.

*Error conditionis potest dirimere ma-  
trimonium contractum.*

29. q. 2  
si femi-  
na,

ibid. c.  
si quis  
liber.

**D**icitur: Si quis ingenuus homo ancillâ alterius, vxorè acceperit, & æstimat qd ingenua sit, si ipsa fœmina fuerat post eâ in seruitutem deiecta, si eam à seruitute redimere potest, redimat: si non potest, si voluerit, aliam accipiat, &c. Si enim conditionis dolum patitur, non cogitur adhærere ei cuius fraude deceptio facta est. Si autem vir scierit conditionem mulieris, vel econuerso, non valet eam dimittere.

CAP. Secundum. *Inter seruos coniugium contractum, ratum habetur.*

**I**Ta de hoc statutum est: dictum est nobis, quòd quidam legitima seruorum matrimonia, potestatiua quadam præsumptione dirimunt, non attendentes illud, Quod Deus coniunxit, homo non separet. Vnde

*Haftenus  
de impedi-  
mentis præ-  
cedentibus  
matrimo-  
niū cōtrahē-  
dū & con-  
tractū sub-  
sequenti-  
bus, nūc de  
cōcomita-  
tibus.*

*285. b*

nobis visum est, vt coniugia seruorum non *mat. 19*  
 dirimantur, etiam si diuersos dominos ha-  
 beant: sed in vno coniugio permanentes, do-  
 minis seruiant suis. Et hoc in illis obseruan-  
 dum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per vo-  
 luntatem dominorum. An autem seruus &  
 ancilla præter voluntatem dominorum suo-  
 rum possint coniugium cōtrahere, doctorū  
 diuersa est sententia.

C A P. Tertium. *Seruitus sequens,  
 matrimonium non dirimit.*

Vnde illud: Perlatum est ad sanctam sy- *ibid. c.*  
 nodum, quòd quidam ingenuus inge- *perlatū*  
 nuam acceperit vxorem, & post filio-  
 rum procreationem, occasione diuortij, cu-  
 iusdam seruum se fecerit, vtrum & mulierem  
 necessariò tenere debeat: & si renuerit, an il-  
 la etiam seruituti subiici debeat, quæsitum  
 est. Iudicatum vxorē minimè debere dimit-  
 ti: non tamē ob Christi legem mulierem in  
 seruitutem redigi, dum ille non ex consensu  
 coniugis se seruum fecerit, quem liberum ip-  
 sa maritum acceperat.

C A P. 4. *Aetas illegitima impedit  
 matrimonium contrahendum,  
 & dirimit contractum.*

Hoc etiam sciēdum est, quòd pueri an-  
 te 14. annos, & puellæ ante 12. sec. le-  
 ges matrimonium iure cōtrahere ne-

30. q. 7  
parag.  
sponsalia  
queunt. Quod si ante prædicta tempora co-  
pulam inierint, separari possunt, quanuis vo-  
luntate & assensu parentum iuncti fuerint.  
Item: Sponsalia ante septennium contrahi-  
non possunt, solo enim consensu contrahun-  
tur, qui interuire non potest, nisi ab alterutra  
parte intelligatur quod inter eos agitur.

DE IMPEDIMENTIS QUI-  
bus personę fiunt illegitimę ad con-  
trahendum. & primò de  
impedimento  
ordinis.

DISTINCT. Trigesimę septimę  
CAP. Primum.

*Aliqui sunt ordines qui impediunt  
matrimonium contrahendum,  
alij autem non.*

d. 32. c.  
seri-  
atim.  
ca. pla-  
cuit.

**L**Eo papa: Clericos, lectores, ostiarios,  
exorcistas, acolytos, si extra votum &  
habitum inueniuntur, & continentiam  
profiteri nolunt, vxorem ducere, virginem  
Ecclesia Romana permittit, non viduam vel  
repudiatam: quia deinceps nec ad subdiacon-  
atum prouehi poterunt, nec laicus vxorem  
fortitus, nisi virginem, vel bigamus ad cleri-  
catum. Item ex Cartaginensi conc. Placuit epi-  
scopos, presbyteros, diaconos, subdiaconos,  
etiam ab vxoribus abstinere. Quod si non fe-  
cerint, etiam ab ecclesiastico remoueantur

207. b.

275. a.

officio. Item Calixtus papa: Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, monachis, concubinas habere, vel matrimonia contrahere penitus interdiximus. contra quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad poenitentiam debere redigi, iuxta sanctorum canonum distinctionem iudicamus.

C A P. 2. Coniugum suarum interfectores matrimonium contrahere nequeunt.

**N**icolaus papa scribit Radulpho Bituricensi archip. Interfectores suas uxoribus sine iudicio (cum non addis adulterarum, vel aliquid huiusmodi) quid aliud habendi sunt quam homicidæ? ac per hoc ad poenitentiam redigendi, quibus penitus denegatur coniugium. Hic videtur Nicolaus permittere maritis, propter adulterio aut alio huiusmodi uxores suas interficere, &c.

## DE IMPEDIMENTO VOTI.

D I S T I N C T. Trigesimæ octauæ

C A P. Primum.

*Votum impedit matrimonium.*

*Votū quid.* **V**otum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo & de iis quæ Dei sunt propriè fieri debet. Votorum autem aliud commune, ut illud quod omnes in baptismo faciunt, abrenunciando diabolo & pompis eius. Aliud singulare, ut cum

quis sponte promittit seruare virginitatem, vel aliquid huiusmodi. Item singulare, aliud priuatum, quod in abscondito fit: aliud solenne, quod in conspectu Ecclesie fit. Qui priuatum faciunt votum continentie, matrimonium contrahere non possunt, quia contrahendo mortaliter peccant. Si tamen contraxerint, non separentur: quia probari non potest, quod occulte factum est. Qui vero solenniter vouent, nullatenus coniugium inire queunt, quibus non solum nubere, sed & vel

*Votum solenne dirimit contrahendum & impedit contrahendum.*

27.c.  
voti  
bus.

1. Ti. 5

le damnabile est. Vnde August. Vouentibus enim virginitatem vel viduitatem, non solum nubere, sed etiam velle damnabile est. Quod Apосто. ostendit Timotheo scribens, Adolescentiores viduas deuita. cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, id est cum post votum continentie in delitiis egerint vitam, non dico nubunt, sed nubere volunt in Christo. quasi tunc non sit peccatum. sed quod sit ostendit subdens, Habentes damnationem. & quare subdit, quia primam fidem irritam fecerunt. & si non nubendo, tamen volendo, ut voluntate qua a proposito cecidit, apparet esse damnata, siue sequatur nuptia, siue non. Ex iis apparet virgines vel viduas voto continentie adstrictas, siue velatae fuerint, siue non, nullatenus coniugium sortiri posse. Quod enim ante erat licitum, post votum fit illicitum.

CAP. Secundum. *Vxor ad priorem  
maritum, quē quomodolibet per-  
iisse putauit. redire, etiam  
secundo nupta  
cogitur.*

**D**E hoc Leo papa sic ait: Necessē est vt legitimarū fœdera nuptiarum reintegrāda credamus, & remotis iis quæ hostilitas intulit, cuique id legitimè reformetur quod intulit: procurandūq; est vt quifque recipiat quod proprium est. Nec tamen culpabilis iudicetur, & quasi alieni iuris peruasor habeatur, qui personā eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa quæ ad eos qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebāt, in ius alienum transire potuerunt: & tamē plenæ iusticiæ est, vt eisdem reuersis reformētur. Ideoque si viri post longam captiuitatem reuersi, ita in dilectione suorum coniugum perseuerant, vt eas nuptiant in suum redire consortium, dimittendum est, & inculpabile iudicādum quod necessitas intulit: & restituendum, quod fides poscit. Sin autem aliquæ mulieres ita virorū posteriorū amore sunt captæ, vt malint eis cohærere, quàm ad legitimum transire consortium: merito sunt notādæ, ita vt ecclesiastica communione priuentur, quæ de re excusabili contaminationē criminis elegerūt, &c.

**CAP. Tertium.** Qui postquam clandestinè vel quomodolibet aliter cum vna contraxit, cum alia se matrimonio iungit, cum secunda remanere cogitur.

**hug. 4. senten. ca. 4.** **S**ed si quis in patria sua vxore relicta, in longinquam abiens regionem, aliam ducat vxorem: deinde pœnitentia ductus eam dimittere velit, asserens se aliam habuisse quæ viuit: nec Ecclesia pmittat, quæ quod ille asserit ignorat: quæritur an in hac secunda copula sit cōiugium. Sanè dici potest nō esse coniugium, & mulierem de crimine excusari per ignorantiam, virum autem adulterium admisisse. Sed ex quo ad primam redire volens, nec valens, cogitur Ecclesiæ disciplinam hanc tenere, incipit excusari per obedientiam & timorem, de hoc q̄ poscenti mulieri debitū reddit, à qua ipse nūquam poscere debet. & sic de aliis huiusmodi sentiendū.

**DE IMPEDIMENTO**  
disparitatis cultus.

**DISTINCT.** Trigesimænonæ  
**CAP.** Primum.

*Non licet Christiano cum gentili vel Indea inire coniugium.*

**exo. 24 dent. 7.** **P**rohibitum est etiam in vet. testam. vi- In superioribus defino dicente, Non accipias vxores de nitū est de

OO

*Istud non omnes probant.*

*273. b.*



impedimē. filiabus alienigenarū filiis tuis, ne traducant  
 tis que ille eos post deos suos. Iuxta hoc domini præce  
 gitimant ptum, ludæorū coniugia cum alienis inita *Esd. 10*  
 personā re Esdras separavit. Hoc idē in no. testam. etiā  
 spectu cu- servatur. Vnde Aug. Ne nubat fœmina nisi *lib. de*  
 iuslibet. suæ religionis viro: vel ne vir talem ducat *adul. cō*  
 nūc de im- vxorem. Id enim (vt dicit) iubet dominus, do *iug. ca.*  
 pedimentis cet Apostolus, vtrūque præcepit testamentū. *21. cō*  
 agitur que Huic autē non obuiat quod Apost. dicit de *28. q. 1*  
 illegitimāt imparibus cōiugiis, Ego dico, non dominus: *c. sic eī*  
 respectu a- Si quis frater habet vxorē infidelem, & hæc *1. cō. 7.*  
 liqu. rū per consentit habitare cū illo, nō dimittat illā: &  
 sonarum. si qua mulier, & c. quia Apost. agit de illis qui  
 vnus eiusdemque infidelitatis fuerunt quan *28. q. 1*  
 do cōiuncti sunt, & post alter ad fidē cōuer- *can. sic*  
 sus est, cui consulit Apost. alterū nō dimitte- *enim.*  
 re volētem cohabitare, nec à deo reuocare.  
 Ideo euidenter apparet & inter infideles cō-  
 iugiū esse. Potest tamen dici licitē dimitte-  
 re, quia in infideli est fornicatio, si nō corpo- *mult. 1)*  
 ris, tamen mentis: causam autem fornica-  
 tionis dominus excepit.

CA P. Secundum. Peccati conditio adiecta  
 impedit matrimonium.

**A** Vg, Rectissimē dimittitur, si viro suo di *li. de fi.*  
 cat. Non ero vxor tua, nisi mihi de la- *et ope-*  
 trocinio diuitias congreges, vel nisi so- *ri. 23.*  
 lita lænocinia exerceas, aut si quid aliud faci *q. 1. ca.*  
 norosum aut flagitiosum à viro suo expetat. *vxorle*  
 Tunc ille si veraciter pœnitens est, habetque *gitima*

290-a.  
 Fornicatio  
 m. 24. \*

fidem per dilectionem operantem, membrū *mult. 12.*  
quod eum scandalizat amputabit.

CAP. Tertium. Fidelis conuersus ad  
fidem, relicta vxore fidei, ea viuente  
aliam ducere nequit.

28. q. 2  
5. **A**mbros. verba Apostoli exponēs ait: A-  
lioqui si disceditis ab inuicem, & volē-  
tes cohabitare dimittitis, & aliis vos co-  
pularis, adulteri estis. Item: Si quis habuerit  
vxorem virginem ante baptismum, viuente  
illa post baptismum alteram habere non po-  
test. crimina enim in baptismo soluuntur,  
non coniugia. Quod verò dicit Ambrosius:  
28. q. 5 Non debetur reuerentia coniugij ei qui hor-  
ret authorem coniugij: non est enim ratum  
matrimonium, quod sine deuotione Dei est:  
& ideo non est peccatum ei qui dimittitur  
propter Deum, si alij se copulauerit: distin-  
guendum est, quoniam aliud est dimittere  
volentem cohabitare, & aliud dimitti pro-  
pter Deum ab eo qui horret nomen Chri-  
sti. Ibi lex beneuolentiæ non conseruatur,  
hic veritas custoditur. Et ideo cū liceat di-  
mittere volentem cohabitare, non tamen ea  
viuente aliam ducere licet. Discedētem verò  
sequi nō oportet, & ea viuente aliam ducere  
licet. Sed hoc non est intelligendum, nisi de  
iis qui in infidelitate sibi copulati sunt. Sed  
si ad fidem vterque conuersus est, vel si

OO ij

uterque fideles matrimonio cōiunctus est, & pōst alter eorum à fide discesserit, & odio fidei coniugem reliquerit, dimissus discedentem non comitatur: nec tamen illa viuente aliam ducere poterit, quia inter eos fuerat ratum coniugium.

273-b. CAP. Quartum. Inter infideles matrimonium est legitimum.

**C**Opula maritalis quæ est inter infideles, coniugium est legitimum, sed non ratum. Legitimū, quia est inter legitimas personas: sed non ratum, quia sine fide. <sup>29. a</sup>  
 Quòd legitima sit infidelium cōiunctio Aug. testatur dicens: Vxor legitima societate coniuncta, sine vlla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit. Ex hoc <sup>li. de fi. et ope. 28. q. 1</sup> etiam probatur quòd infideli ad fidem conuerso Apost. consuluit infidelem non dimittere. quod nō faceret, si nō esset inter eos legitimum coniugium. Legitimum est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus, non contra iurisdictionem domini cōtrahitur. Quòd si obicias quod ait Apost. <sup>1. cor. 7. rom. 14</sup> Omne quod non est ex fide, peccatum est: dicitur non ita esse intelligendum, vt quicquid fit ab infidelibus, peccatum sit: sed omne quod fit cōtra fidem i. conscientiam, malè fit, & ad gehennam ædificat. Vt in omni quod infidelis facit, peccat, nō quidè quia illud facit, sed quia nō

Legitimum quid

obiciam  
arrari. i.

lib. 2. par. 41.  
cap. 1. b.

28. q. 1. *parag. iis itaque.* co modo quo debet, non referens ad debi-  
tum finem. Ad illud autem quod dicit Aug. quia nō est vera pudicitia inhdelis cū fidei, dicitur quōd negatur quidem vera esse pudicitia: non q̄ infideliū coniugiū nō sit verum, sed quia non habet illud triplex bonū, quod excusat coitum, & meretur præmium. 280.

DE IMPEDIMENTO COGNATIONIS, PRIMÒ CARNALIS.

DISTINCT. Quadragesimæ  
CAP. Primum.

*Cognatio vsque ad septimum gradum impedit matrimonium.*

**C** Reg. Progeniem suam vnūquenq; vsq; ad septimā obseruare decernimus generationem: & quandiu se agnoscunt affinitate propinquos vel cognatos, ad coniugalem copulā accedere denegamus. quod si fecerint, separentur. *Episcopis gallie 35. q. 3. progeniem.*

CAP. Secundum. *Graduum consanguinitatis varia est computatio.*

**A**ttende quōd Isido. sex gradus consanguinitatis tantum ponit, ita dicens: Sordes consanguinitatis sex gradibus dirimitur hoc modo: Filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis verò seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramuli, nepos & neptis, pri-

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

mus: pronepos & proneptis, secundus: ab-  
 nepos & abneptis, tertius: adnepos & adne-  
 ptis, quartus: trinepos & trineptis, quin-  
 tus: trinepotis nepos & trineptis, sextus.  
 Alij verò qui septem gradus ponunt, trun-  
 cum inter gradus computant. Alij patrem  
 in primo gradu, filios in secundo ponunt. A-  
 lij primum gradum filios appellant, negâtes  
 gradum cognationis inter patrem & filium  
 esse. Authoritates ergo quæ consanguinita-  
tis cautelam vsque in septimum gradû pro-  
hibent, primum gradum filios appellant. At-  
que ita fit, vt eadem personæ secundum  
hanc diuersam computationem inueniantur  
in sexto & septimo gradu. Quare autem sex  
computet Isidorus, aperit dicens: Ideo autē  
vsque ad sextû generis gradû consanguini-  
tas est constituta, vt sicut sex ætatibus mûdi  
generatio & hominis status finitur, ita prop-  
quitas generis tot gradibus terminetur.

DE GRADIBVS  
affinitatis.

DISTINCT. 41. CAP. Primum.

*Affinitas ex consummato matrimonio  
 inter virû & consanguineos vxo-  
 ris, & inter vxorem & con-  
 sanguineos viri contrahi-  
 tur, & matrimonium  
 impedit.*

35. q. 5  
c. porro  
de.  
b.  
29 A. b.

**G**R Ego. Porro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifesta ratio est: quia si secundum diuinam sententiam, ego & vxor mea sumus vnâ caro, profectò mihi & illi mea suaque parentela propinquitatis vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus: Filius verò eius secundo gradu erit à me, neptis verò in tertio. Idque vtrunque in cæteris agendum est successoribus. Vxorem verò propinqui cuiuscunque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori meæ de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus, conuenit obseruare. Qui verò aliorum sentiunt, Antichristi sunt. Idem dicit Iulius papa: Aequaliter vir cõiungatur consanguineis propriis, & consanguineis vxoris. Item Isidorus: Sanè consanguinitas quæ in proprio viro conseruanda est, etiã in vxoris parétela de lege nuptiarum custodienda est, qua constat eos duos fuisse in carne vna.

Quæ  
m. 14/11

35. q. 3  
c. æqualiter.

*C A P. Secundum. Ecclesia potest dispensare in copula affinium vsque ad tertium gradum.*

OO iiij

**S**ed alij videntur concedere in quinta generatione inter affines contrahi coniugium, & in quarta etiam si contractum fuerit, non separari. Cōcedit enim Fabianus papa, in quinta vel quarta affinium propinquitate fieri coniugium. Alij autem vsque ad septimum gradum eam obseruari faciunt. Alij verò in quinto vel quarto matrimonia contracta non diuidunt. Sed illi veritatis rigorem, isti misericordix dispensatione videtur proponere. Potest enim Ecclesia dispensare in copula affinium vsque ad 3. gradum. Sicut Grego. dispensauit in 4. gradu consanguinitatis.

C A P. Tertium. Per mortem alterius  
 coniugum affinitas non  
 extinguitur.

**I**llud autem non est prætereundum quod Greg. Valerio scripsit: Sedem apostolicam consulere decreuisti, si mulier copula, & c. vbi prohibet, si mortuo primo marito eius alij nupserit, filios de secundo viro natos ducere vxores de cognatione prioris viri: quia filij mediante matre ad cognatione prioris viri pertinet, cum quo mater eorum vna caro extiterat. Hoc idem etiam Innocen. ait: Si qua mulier ad secundas nuptias transferit, & ex eis sobolem genuerit, nullatenus potest ad consortium cognatio-

nis prioris viri pertingere. Hoc autem obseruandum est vsque ad 7. generis gradum, sed maximè vsque ad 3. & 4.

C A P. *Quartum. Matrimonia contracta in gradibus consanguinitatis prohibitis dissoluantur, licet à peccato quandoque per ignorantiam excusentur.*

**E**T est sciendum q̄ Ecclesia infra prædictos gradus consanguinitatis coniunctos separat. Si autem ignorater coniuncti fuerint in conspectu Ecclesiæ, & postmodum probata consanguinitate eiusdem iudicio separati: quæritur vtrum copula illa coniugium fuerit. Quibusdam videtur non fuisse coniugium, quia non erant legitimæ personæ: sed tamen de crimine excusantur, per ignorantiam, & quasi coniugium reputatur: quia bona fide & per manum Ecclesiæ conuenerunt. vnde & filij eorum legitimi habentur. Alij verò dicunt fuisse coniugium, licet non essent legitimæ personæ: quia talium coniunctiones vocant canones coniugia, vbi de personis agitur, quarum testimonio, consanguineorum sit dirimenda coniunctio. vnde Urban. pa. Si duo viri vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsi fortè confessi fuerint, coniugia dissoluantur. Si verò neutrum

30. q. 5  
can. si  
duo  
viri.

*Quæritur*

l.



contigerit. episcopi eos per fidem Christi obtestentur, quatenus palam fateantur, si se cognoscunt consanguineos. Si se iudicio episcoporum segregauerint, alia matrimonia non prohibeantur contrahere.

CAP. Quintum. *Varia sunt cum muliere libidinandi species.*

1. **F**ornicatio, licet sit genus omnis illiciti
  2. **C**oitus qui fit extra uxorem, tamen specialiter intelligitur in usu viduarum, vel
  3. meretricum, vel concubinarum. **S**ed primum
  4. proprie est virginum illicita defloratio. **A**dulteriū alieni thori violatio. vnde adulterium dicitur quasi alterius thori accessio.
  5. **I**ncestus est consanguinearum vel affinium abusus. **R**aptus admittitur, cum puella violenter à domo patris educitur, vt corrupta in uxorem habeatur. Si puellæ, sine parentibus, vis illata constiterit, hic morte mulctatur. Sed si ad Ecclesiam cum rapta confugerit, Ecclesiæ prouilegio mortis impunitatem meretur.
- Raptoribus puellarum quæ pœna aut gratia debeat.*

### DE IMPEDIMENTO spiritualis cognationis.

DISTINCT. 42. CAP. Primum.

*Cognatio spiritualis impedit matrimonium contrahendum, non dirimit autē contractum, si prius fuerint legitimi cōiuges.*

**I**am de spirituali cognatione addamus, quæ etiam personas impedit, vt non sint legitimæ ad ineundas nuptias. Tria quidem sunt: Consanguinitas, quæ est inter eos qui iunguntur sec. lineam generis: Affinitas, quæ est inter eos qui mediante genere sunt sociati: & spiritualis proximitas, quæ est inter compatrem & commatrem, & inter eos, quorum vnus alterum de sacro fonte leuauit, vel in cathecizatione vel confirmatione tenuit. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua confitetur.

Quod autem compater & commater sibi iungi nequeant, nec pater spiritualis, nec mater filiæ vel filio spirituali, ex concilio Maguntin. docetur: Quod si filiulam aut commatrem suam aliquis in coniugium dixerit, separandos esse iudicamus, & graui pœna plectendos. Item Iohan. papa ait: Ad limina S. Petri homo quidam nomine Stephanus, veniẽs, nostro præsulatu innotuit, quod filiũ suũ in extremo vitæ positum, necdũ baptismi vnda lotũ, absentia sacerdotum cogente baptizauit, eũque propriis manibus suscepit. Atque pro huiusmodi negocio reuerentia tua præfatum hominem à sua coniuge iudicauit esse separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicẽte Scriptura, Quod Deus cõmatt. 5 iũxit, homo nõ separet. & Dominus nõ dimittere vxorẽ nisi causa fornicationis iubet, &c,

*Spes vnde  
filiã  
qua*

30 q. 1  
c. de eo

ibid. c.  
ad li-  
mina.

gen. 1.  
matt. 5  
c. 19.

C A P. Secundum. Spirituales vel  
adoptivi filij naturalibus co-  
pulari nequeunt.

292. A. **I**D Nicol. pap. testatur, ita inquit: Ita di- 35. q. 5  
ligere debet homo eum qui se suscepit c. ita di  
de sacro fonte, sicut patrem. Inter fratres ligere.  
& filios spirituales: gratuita & sancta com-  
munio est, quæ dicenda non est consanguini-  
tas, sed habenda spiritualis proximitas.  
Vnde inter eos arbitror non posse fieri le-  
gale coniugium: quia nec inter eos qui na-  
tura, & eos qui adoptione filij sunt, vene-  
randæ leges matrimonia contrahi permit-  
tunt. Hoc autem quidam volunt intellige-  
re tantum de illis filiis qui compatres facti  
sunt. De aliis verò qui ante cõpaternitatem  
vel post, geniti sunt, concedunt quòd legiti-  
mè & licitè iungi possunt. Quibus videtur c. super  
consentire Urbanus papa, vbi suprà. Pasca- quibus  
lis verò secundus post cõpaternitatem ge- ibid. c.  
nitos copulari prohibet, scribens Regio epi- post sus-  
scopo. ceptu.

C A P. Tertium. Post obitum vxo-  
ris vir potest commatri defun-  
ctæ vxoris coniungi.

**E**X epist. Pascalis papæ legitur: Post Ibid. c.  
vxoris obitum, cum commatre vxoris post v-  
coniugio copulari nulla ratio vel au- xoris.

thoritas videtur prohibere. Non enim per  
carnis vnionem ad vnionem carnis tráfitur.

C A P. *Quartum. Coniuges non li-  
cité possunt simul leuare de  
sacro fonte.*

*ibid. c.  
quòd  
vxor.*

**D**E hoc Vrba. ait: Quòd vxor cum ma-  
rito in baptismo simul non debeat sus-  
cipere puerum nulla auctoritate vide-  
tur vel reperitur prohibitum: sed vt ipsa pu-  
ritas spiritualis paternitatis ab omni labe &  
infamia conseruetur immunis, decreuimus  
vt vtrique simul ad hoc aspirare non præ-  
sumant.

C A P. *Quintum. Secunda, tertia,  
& quarta nuptia non sunt  
damnanda.*

*I. co. 7.  
51. 7. 1.  
Deus  
masc.*

**V**Nde August. Secundas nuptias omni-  
no licitas concedit Apost. *de tertiis &  
quartis & de vltra pluribus nuptiis so-  
lent homines mouere quæstionem. Sed  
quis audeat definire, quod nec Apostolum  
video definisse? ait enim: Si dormierit vir  
eius, cui vult nubat. non dicit, primus, vel se-  
cundus, vel tertius, vel quotuslibet. nec à no-  
bis definiendum est quod non definit Apost.*  
Vnde, vt breuiter respondeam, nec illas nu-  
ptias debeo damnare, nec eis verecundiam  
numerositatis auferre, nec contra humanæ

verecundia sensum audeo dicere, vt quoties  
voluerint nubant : nec ex meo corde præter  
Scripturæ autoritatem , quotslibet nu-  
ptias damnare.

## DE RESURRECTIONE

vniuersali, & primò de re-  
surrectionis veritate.

*Hactenus  
de sacramē-  
tis no. legis,  
nunc de fi-  
nali gloria  
per ea con-  
sequenda.*

D I S T I N C T. Quadragesimæ tertie  
C A P. Primum.

*Omnium erit generalis resurrectio.*

**A** It enim Esaias : Resurgent mortui, & *esa. 26*  
resurgent qui erunt in sepulchris. & *1. thes-*  
Apolt. Nolumus vos ignorare de dor- *sa. 4.*  
mientibus, &c. Hoc enim vobis dicimus  
in verbo Domini, quia nos qui viuimus,  
qui res. su. non præu. eos qui dorm. quon.  
ipse dom. in ius. & in vo. arc. & in tu. d. desce.  
de cælo, &c. His verbis & veritas resurre-  
ctionis, & causa, atq; ordo resurgentiũ præ-  
clarissimè insinuatur. Causa enim resurre-  
ctionis mortuorũ erit vox tubæ. vnde Proph.  
Dabit voci suæ vocem virtutis. & Iohan. *ps. 67.*  
ait: Venit hora in qua omnes qui in monu. *Ioh. 5.*  
sunt, aud. vo. &c. Hæc tuba est clamor (ait  
August.) de quo dicitur in Euangel. Media  
nocte clamor factus est. Media autem *mat. 25*  
nocte dicitur venturus ( vt ait August.) non

pro hora temporis, sed quia tunc veniet cum non speratur.

CAP. Secundum. Credendum est  
piè, quos tunc Christus viuos  
inueniet, morituros.

*1. co. 25* **S**I ergo sanctos qui reperientur Christo  
veniente viui, eique obuiam rapiuntur, <sup>o</sup>*o*  
crediderimus in eodem raptu de mor-  
talibus corporibus exituros, & ad eadem  
immortalia mox redituros; nullas in verbis  
Apost. patiemur angustias, generaliter ac-  
cipientes illud quod dictum est, Omnes qui-  
*Sup. il-* dem resurgemus, scil. tam boni quam mali:  
*lud. 1.* sed non omnes immutabimur, scil. in solem-  
*th. ess. 4* nitatem resurrectionis. De hoc etiã Ambro.  
*quonia* ait: In ipso raptu illi qui viui reperientur,  
*ipse do* mors erit & resurrectio: vt anima quasi e-  
*minus* gressa per soporẽ de corpore, eidẽ in momẽ  
*epi. 4.* to reddatur. Contra verò scribens ad Mar-  
cellam Hiero. testari videtur, quosdam in fi-  
ne seculi adueniente Christo non esse mo-  
rituros, sed viuos repertos, in immortali-  
tatem repente mutandos. Horum autem  
quid verius sit, non est humani iudicij defi-  
nire. Cumque ex prædictis credi sanè va-  
leat, omnes resurrecturos, credendum est e-  
tiam quòd omnes resurgent incorrupti, non  
vtique impassibiles, quia reprobi patientur  
pœnam æternam, &c.

E P I T O M E  
DE QUALITATE RE-  
surgentium.

D I S T I N C T. Quadragesimæ quartæ  
CAP. Primum.

*Omnes resurgent in ætate Christi, sed  
non in statura corporis eius.*

**A**ugust. exponens illud, Donec occur-  
ramus omnes in virum perfectum, in <sup>eph. 4.</sup>  
mensuram ætatis & plenit. Christi, ait: <sup>lib. 22.</sup>  
Non ait in mensuram corporis vel staturæ, <sup>de ci-</sup>  
quia vnusquisque suam recipiet mensuram <sup>uita. c.</sup>  
corporis, quam vel habuit in iuuentute, e- <sup>14.</sup>  
tiam si senex obiit, vel fuerat habiturus, si  
antè est defunctus. <sup>2</sup> Aetās verò erit illa ad  
quam peruenit Christus, scil. iuuenilis, circa  
30. annos. Triginta enim duorum annorum  
& trium mensium erat ætas Christi, in qua  
mortuus est & resurrexit. Non est autem  
fas dicere, quòd in resurrectione accedat  
corpori magnitudo, quam nec habuit hic,  
nec erat habiturum diu viuendo: nec maio-  
ra corpora redigenda sunt ad modum do-  
minici corporis. Periret enim multum de il-  
lis corporibus, quum nec periturus sit capil-  
lus, vt ait Dominus, Capillus de capite ve- <sup>Luc. 21</sup>  
stro non peribit.

CAP. Secundum. *Materia tota ead-  
em corporum reparabitur.*

*aug. in  
Ench.  
c. 88.* **D**Eus mirabiliter ac ineffabiliter arti-  
fex, de toto quo caro nostra extiterat,  
etiam mirabili celeritate restituet, nec  
aliquid attinebit ad eius redintegrationem,  
vtrum capilli ad capillos redeant, & vngues  
ad vngues, an quicquid eorum perierat,  
mutetur in carnem, & in partes alias cor-  
poris reuocetur, curante artificis prouiden-  
tia nequid indecens fiat. Indecorum quippe  
aliquid ibi non erit: sed quicquid ibi futu-  
rum est, hoc decebit: quia nec futurum est,  
si non decebit.

*CAP. Tertium. Dubium est an re-  
probi cum corporis deformitatibus  
sint resurrecturi.*

*aug. in  
Ench.  
ca. 92.* **D**E reprobis autem quæri solet, an cum  
deformitatibus hic habitis resurgant.  
Hoc autem August. non asserit, sed  
dubium relinquit, ita inquit: *Quicumque*  
ab illa perditionis massa, quæ per Adam fa-  
cta est, non liberantur per Christum, resur-  
*gunt* quidem etiam ipsi, vnusquisque cum  
carne sua, sed vt cū Diabolo eiúsq; angelis  
puniantur. *Vtrum verò ipsi cum vitis & de-  
formitatibus suorum corporum resurgant*  
quæcunque in eis gestarunt, inquirendo la-  
borare quid opus est? Non enim fatigare  
nos debet incerta eorum habitudo vel pul-  
chritudo, quorum erit certa & sempiterna

P P



damnatio. Ecce non definit an tunc habeant deformitates, quas hic habuerunt reproborum corpora.

C A P. Quartum. Corpora reproborum tunc igne inconsumptibili cremabuntur, quorum animæ sine corpore torquebantur.

*Simile*  
**S**I verò quæritur de corporibus malorum *de ci-* quomodo in igne ardeant & non con- *uit. lib.* sumantur: Aug. variis exemplis astruit, *21. c. 1.* & sempiternis ignibus ea ardere, & non *3.* consumi illa combustione, sicut animus, cuius præsentia corpus vivit, & dolorem pati potest, mori autem non potest. Hoc enim erit tunc in corporibus damnatorum, quod nunc esse scimus in animis omnium. Animas verò igne illo sine corpore cruciari testatur Iulianus Toletanus episcopus. Gregorij verba *Did. 4* sequutus. Teneri autem per ignem spiritum *cap. 18.* dicimus, ut in tormento ignis videndo atque sentiendo. quod etiam ex Euang. colligitur, *Lu. 16.* qui inter tormenta clamat, quia crucior in hac flamma. Dum ergo peccatorem divitem damnatum in ignibus veritas perhibet, quis sapiens, reproborum animas teneri ignibus neget?

C A P. Quintum. Fœtus humani, in utero matris extincti, & hominum monstra resurgent.

aug. in  
Ench.  
ca. 85.  
c. c.  
87.

**E**X quo autem incipit homo viuere, ex illo utique iam mori potest. Mortuus verò vbicunque illi mors potuit euenire, quomodo ad resurrectionem non pertineat reperire nequeo. Nec enim & monstra quæ nascuntur & viuunt quantumlibet, citò moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita resurrectura credenda sunt: sed potiùs correctæ eorum emendatæque natura. Absit enim vt illum bimembrem, quem nuper natum in oriente, fratres fidelissimi qui eum viderunt retulerunt, & S. Hierony. scriptum reliquit, vt viuum hominem duplicem, ac non potiùs duos, quod futurum erat, si gemini nasceretur, resurrecturos existimemus. Ita & cætera quæ nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram in resurrectione reuocabuntur.

DE STATV AC CON-  
ditione bonarum anima-  
rum post mortem.

D I S T I N C T. Quadragesimæ quintæ  
CAP. Primum.

*Animæ hinc migrantes varia sortiuntur receptacula.*

De ve.  
apo.

**D**E quibus ait August. Tempus quod inter hominis mortem & vltimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut

P P ij

vnaquæque digna est, vel requie, vel erumna, pro eo quod sortita est in carne dum viueret.

259. b. C A P. Secundum. *Viutorum suffragia defunctis profunt.*

**N**Equè negandum est (vt ait August.) *in En-*  
 defunctorum animas pietate suorum *chir. c.*  
 viuentium releuari, cum pro illis sa- *19. 12.*  
 crificium mediatori offertur, vel eleemosy- *q. 2. c.*  
 næ sunt in Ecclesia. Sed hæc eis tantum pro *tēpus.*  
 sunt, qui cum viuerēt, hæc sibi vt postea pro-  
 desse possent meruerunt. Est enim quidam  
 viuendi modus, nec tam bonus, vt non re-  
 quirat ista post mortem: nec tam malus, vt  
 ei non profint ista quicquam. Est verò talis  
 in bono, vt ista non requirat: & est rursus  
 talis in malo, vt nec eis valeat, cum hæc vita  
 transferit, adiuuari. Quocirca hic omne me-  
 ritum comparatur, quo possit post hanc vi-  
 tam quisquam grauari vel releuari. Nemo  
 autem speret quod hic neglexit, cum obierit  
 apud Deum promereri. Non ergo ista quæ  
 pro defunctis commendandis frequentat  
 Ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sen-  
 tentiæ, qua dictum est, Omnes stabimus *Ro. 14*  
 ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque  
 sec. ea quæ corpus gessit. s. bona vel mala:  
 quia etiam hoc meritum sibi quisque cum  
 in corpore viueret, comparauit, vt possint

ista ei prodesse . non enim omnibus profunt, &c.

CAP. Tertium. Cura de sepeliendis mortuis salubris est.

li. i. de  
ciuit. c.  
12. &  
1. de tri  
ni. c. 13

**D**E pompis verò exequiarū idem Aug. ita dicit : Pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, viuorum sunt qualiacunque solatia, non adiutoria mortuorum. Quia si aliquid prodest impio sepultura preciosa, oberit pio vilis vel nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti exhibuit turba famulorum : sed multò clariores in conspectu domini vlceroso illi pauperi ministerium exhibuit angelorum, qui eum extulerunt: non in marmoreum tumulum, sed in Abrahamæ gremium. Sit tamen cura mortuos sepeliendi, & sepulchra construendi : quia hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt, nec solùm in corporibus Patriarcharum aliorumque sanctorum, sed etiam in ipsius Domini corpore qui ista fecerunt laudati sunt. Impleant ergo homines erga suos officia postremi muneris, & sui humani lenimenta meroris.

ge. 21.  
25. 35.  
& 50.

CAP. Quartum. Tantum profunt sola generalia suffragia pauperi defuncto, quantum generalia & specialia diuiti, esto equali polleant bonitate.

PP iij

**Q**uæritur ergo an tantum iuuetur pauper paucioribus subsidiis, quantum diues amplioribus. Si non pariter iuuatur, non ei redditur secundum merita: meruit enim pariter iuari, quia pariter boni extiterunt. Si ergo tantum suffragij consequitur pauper, quantum diues: quid contulerunt diuiti illa specialiter pro eo facta? Sanè dici potest non ei valuisse magis generalia & specialia, quàm pauperi sola generalia suffragia. Et tamen profuerunt diuiti specialia, non quidem ad aliud vel maius aliquid, sed ad idem ad quod generalia, vt ex pluribus & diuersis causis vnum perciperetur emolumentum. Potest tamen dici aliter, illa plura subsidia contulisse diuiti celeriore resolutionem, non plenior.

*C A P. Quintum. Qui suffragiis indigens in consummatione seculi reperietur, saluabitur sanctorum precibus.*

**E**xistimo enim quasi per ignem transeuntem saluari meritis & intercessionibus cælestis Ecclesiæ, quæ pro fidelibus semper intercedit voto & merito, donec impleatur Christus. 1. co. 13

*C A P. Sextum. Beati nostras preces audiunt.*

*in li. de  
orando  
Deum.*

**A**ugust. Angelis qui sunt apud Deum, innotescunt petitiones nostræ, vt quomodo offerant Deo, & de iis consulant: & quod Deo iubente implendum cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportent. vnde & Angelus hominibus ait: Cum oraretis, orationem vestram obtuli Deo. Ad omnia quidem sciēda sufficit Deo sua perfectio: habet tamen suos nuncios, id est angelos: non qui ei quæ nescit annunciant: sed bonum eorum est de operibus suis consulere veritatem. & hoc est quod dicuntur nonnulla nunciare, non vt ipse ab eis discat, sed vt ab eo missi ad quos voluerit, quid sibi faciendum, quibus & quādo nunciandum sit, &c. Si autem Angeli à Deo per verbum eius discunt petitiones nostras, & quid de iis implendum sit, & quid non: cur non credamus & animas sanctorum Dei faciem contemplantium, in eius veritate intelligere preces hominum, & quæ implēdæ sint, vel nō? &c.

*Aug.  
lib. de  
gratia  
no. te-  
stamē.*

DE STATV ET CON-  
ditione damnatorum.

DISTINCT. Quadragesimæ sextæ  
CAP. Vnicum.

*Iudicium Dei non est sine misericordia.*  
P P iij

*Superius  
de statu a-  
nimarum  
ante iudi-  
cium dictū  
est, nunc de  
statu earū  
post iudi-  
cium.*

**Q**uidam autumant malos nullam pœ-  
 nœ releuationem habituros: quod con-  
 firmant Iacobi autoritate dicen- *Iac. 2.*  
 tis: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui *super*  
 non fecit misericordiam. August. etiam ait: *oçion 4*  
 Misericordia hic, iudicium in futuro. Sed *vii 18.*  
 illud intelligendum, quòd iudicium damna-  
 tionis sine misericordia fiet illi qui non fecit  
 misericordiam, pro eo quòd fuit sine miseri-  
 cordia. Vel fiet iudicium sine misericordia  
 liberante & soluente: qui tamen in aliqua  
 pœnæ alleuiatione misericordiam Dei sen-  
 tiet. Ita cum dicitur, misericordia hic, iudi-  
 cium in futuro, non negatur quin in futuro  
 sit misericordiæ effectus, & in electis, qui  
 per misericordiam ab omni miseria libera-  
 buntur, & in reprobis, qui minus quàm me-  
 ruerint cruciabuntur. Sed hic non sine causa  
 dicitur fieri Dei misericordia, & iudicium  
 in futuro: quia & hic multis modis misere-  
 tur Deus, vocando peccatores & iustifican-  
 do, quibus tunc non miserebitur.

DE IVDICII EX-  
tremo modo.

DISTINCT. Quadragesimæseptimæ  
CAP. Primum.

*Sententia iudicis an voce sit proferenda,  
non satis constat ex scripturis.*

**N**on enim scriptura apertè definit an  
voce illa iudicij verba sint proferen-  
da, Venite benedicti: & Ite maledicti.

*mat. 25* an virtute iudicis ita fiet, conscientijs singu-  
lorum attestantibus: vt modo dicitur futu-  
rum, vt iudicis potētiae effectus ipsius dictio-  
ne significetur. Illa etiam, Esuriui, & non de-  
didisti mihi manducare, & huiusmodi. *magis*  
cōscientijs exprimēda plurimi putant, quam

*1. co. 13* verbis: quia Apost. in momento, in ictu o-  
culi mysterium consummandum tradit. Sed il-  
lud ad resurrectionis statum tantū referunt,  
non ad iudicium: qui aliis iudicij sententiā,  
& malorum increpationes, & bonorum prę-  
mia verbis exprimenda asserunt.

*CAP. secundum. Sancti cum  
Christo iudicabunt.*

*Sap. 3.* **N**on autē solus Christus iudicabit, sed  
*mat. 19* & sancti cum eo iudicabunt nationes.  
Ipse enī Apostolis ait: Sedebitis & vos  
super 12. sedes, iudicantes 12. tribus Israel.  
Per 12. autem sedes vniuersitas iudicantium  
intelligitur, scil. omnes perfecti. Per 12. tribus,  
*ps. 149* vniuersitas iudicandorum. Iudicabunt verò  
eos sancti, non modo cooperatione, sed etiā  
authoritate & potestate, quam puto nō an-  
tè sciri quàm videatur, nisi diuina reuelatio-  
ne quis didicerit.

*CAP. 3. Quatuor ordines  
erunt in Iudicio.*



**D**Væ quippe sunt partes, electorum scilicet & reproborum, vt Greg. in Moral. ait. Sed bini ordines eisdem singulis

1. lib. 26. ca. 24. partis partibus continentur. Alij enim iudicantur, & pereunt: quibus dicitur, Esuriui, & non, &c. Alij non iudicantur, & pereunt: quibus Dominus ait, Qui non credit iam iudicatus est. Alij iudicantur, & regnant, qui vitæ maculas lachrimis tergunt, & elemosynarum superinductione operiunt, quibus iudex dicit, Esuriui, & dedistis mihi, &c. Alij autem non iudicantur, & regnant, qui etiam præcepta legis perfectionis virtute transcendunt.

lib. 3. ca. 17.  
107 f. 201.  
b.

C A P. Quartum. Angelorum ministerio complebitur iudicium.

**Q**Vum autem in Euang. legatur quòd dominus mittet angelos suos, qui colligent de regno eius omnia scandala, & mittent iniquos in caminum ignis. Item, Exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c. & Item: Mittet angelos suos cum tuba, & congregabunt electos à quatuor ventis. & Proph. dicit: Congregate illi sanctos eius.

C A P. Quintum. Igne complebitur iudicium.

**D**omino enim veniente ad iudiciū præcedet ante eum ignis, quo comburetur facies mūdi huius, & peribit cælum & terra, non secundum substantiam, sed secundum speciem, quæ immutabitur: cælum quidem aereum, non æthereum. Tantum enim ascendet ignis in iudicio, quantum ascenderunt aquæ in diluuiio. Ille autem ignis malis qui reperti fuerint viui, erit consumptio, bonis verò non, vt ait August.

de ciui.  
lib. 20.  
ca. 18.

DE CONDITIONE ET  
statu bonorum post iudicium.

DISTINCT. Quadragesimæ octauæ  
CAP. Vnicum.

*Erunt & præmiorum & suppliciorum differentia.*

**S**icut enim in domo patris, id est in regno cælorum, mansiones multæ sunt, id est præmiorum differentia: ita & in gehenna diuersæ sunt mansiones, id est suppliciorum differentia: omnes tamen æternam pœnam patientur: sicut omnes electi eundem habebunt denarium, quem pater familiars dedit omnibus qui operati sunt in vinea. Noñ denarij aliquid oĩbus cõmune intelligitur. s. vita æterna, Deus ipse, quo oēs fruuntur, sed impariter. Nā sicut erit differens clarificatio corporũ, ita differens erit gloria animarum.

Iob. 14  
Chryf.  
mat. 20

lan. 14. a.

mat. 20

E P I T O M E

Stella enim à stella, id est electus ab electo, differt in claritate mentis & corporis. Alij x. co. 18 enim aliis viciniùs clariùsq; Dei speciē contemplabuntur, & ipsa contemplandi differentia, diuersitas mansionum vocatur: domus ergo vna, id est denarius est vnus, sed diuersitas est ibi mansionum, id est differentia claritatis, &c.

DE STATV REPROBORUM.

D I S T I N C T. Quinquagesimæ  
C A P. Primun.

*Damnatis mala voluntas erit  
pœna, non culpa.*

**Q**uidam autumant illam voluntatem non esse peccatum, sed supplicium tantum. Alij verò peccatū esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquā pœnam: quia non est ibi locus merendi. Illud ergo peccatum dicunt non esse meritum supplicij, sed suppliciū mali meriti, quod in hac vita præcessit: de quo August. ita dicit: de fid. ad Pet. cap. 2. Tempus acquirendi vitam æternam in hac tantū vita Deus hominibus dedit, vbi voluit etiam pœnitentiam esse fructuosam, &c.

C A P. Secundum. Reprobi patiuntur  
*tenebras exteriores.*

*sup.*  
*psal. 6.* **A**vgust. Ira Dei & in iudicio erit, & hic in cæcitate mentis, cum dantur mali in reprobum sensum. Ibi exteriores tenebræ erunt, quia tunc peccatores penitus extra Deum erunt. Quid enim extra Deum penitus esse, nisi esse in summa cæcitate? si quidem habitat lucem inaccessibilem, &c.

*CAP. 3. Dammati non cognoscunt ea  
quæ hic aguntur, tametsi curam  
de viuis habeant.*

*in psal.*  
*108.* **A**vgust. Breuiter dici potest quod est cura mortuis de suis charis, vt de diuite legitur, qui dum tormenta apud inferos pateretur, leuauit oculos ad Abraham, & inter alia dixit: Habeo enim quinque fratres, mitte aliquem, &c. Habent enim mortui curam de viuis, quos sciunt viuere, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi diues sine fratribus erat: nec in requie beatorum, vbi Lazarum & Abraham, quauis longè, agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire quæ circa charos suos hic aguntur, vel læta, vel tristia.

*CAP. 3. Beati damnatos vident, sed  
damnati non vident beatos,  
post iudicium.*

*sup.*  
*Luc. 16* **I**n fideles (ait Greg.) in imo positi ante diem iudicij fideles super se in requie attendunt, quorum gaudia post contèplari non pos-

E P I T O M E

sunt, nec tamen apud animos iustorum ob-  
fuscat beatitudinem aspecta pœna reprob-  
orum: quia ubi compassio miseræ non erit,  
minuere lætitiâ beatorum non valebit. Et  
licet iustis gaudia sufficiant, ad maiorem ta-  
men gloriam vident pœnas malorum, quas  
per gratiam euaserunt. quia qui Dei claritatē  
vident, nihil in creatura agitur quod videre  
non possint, &c.

EXPLICIT EPITOME IN  
quatuor libros Senten. Magi. Pe-  
tri Lombardi, episcopi  
quondam Pa-  
risiensis.

L V T E T I A E

*Excudebat Petrus Rathoire typogra-  
phus, impensis Iohannis Foucherij  
bibliopole iurati, mense  
Februario.*

I 5 5 1.

*Societatis Jesu Paderbornæ.*